Δυσφώρατος.ὁ. difficilis deprehenſu, hoc eſt potens quidam, ſeu tergiuerſator.
Δυσχαλής. merus, ἄκρατος. Item improbus, moleſtus.
Δυσχάριστος. ingratus.
Δυσχείμερος.ȣ.ὁ.ἡ. tẽpeſtuoſus, locus in quo difficulter hybernari poteſt, & in quo præ nimio frigore uix perdurare poſſumus.
Δυσχείρωτος.ȣ.ὁ. difficilis captu ſeu tractu.
Δυσχεραινόμενος. odioſus, inuidioſus.
Δυσχεραίνομαι. &
Δυσχεραίνω.μ.ανῶ. grauiter & ægrefero, nõ libenter facio. Item indignabunde audio. Plutarch. in Cicer. τοῖς δὲ ἐπαινεῖν ἀεὶ, καὶ μεγαλύνειν αὐτὸς ἑαυτὸν, ὑπὸ πολλῶν δυσχεραινόμενος. Vbi paſsiuè dixit, quaſi qui ægrè ab hominibus audiebatur, & inuiſus erat. Eſt etiam addubito, hæſito, rem difficilẽ eſſe cenſeo, Ariſtot. τῶν μετὰ φυσ. Genitiuo conſtruitur Atticè, ſed communiter datiuo, & actiuè accuſatiuo. Commen. Bud.
Δυσχέρεια.ας.ἡ. moleſtia, difficultas. Item δυσχέρειαι dicũtur δυσπορήματα argutationes & ἀμφιλογία negotium differentibus exhibentes. Ariſtotel. τῶν μετὰ φυσ. libro 3. & 10. & 12. Budæus. Com.

Δυσχέρασμα.ατος.τό. idem quod δυσχέρεια. Plat.in (Phil.
Δυσχερέστερον. triſtius, moleſtius.
Δυσχερής.έος.ὁ.ἡ. difficilis, moleſtus, ὁ δυσκόλως ὑπὸ τῶν χειρῶν κατεργαζόμενος. Etym.
Δυσχερῶς. grauiter, difficulter.
Δυσχλαινία. ſqualida ueſtis & pannoſa.
Δυσχρανής.ὁ.ἡ. inutilis, ſqualidus, male tinctus.
Δυσχρήστημα.τος.τό. incommodum. Cic. lib. 3. de Finib. Incommoda (inquit) & commoda (ſic enim εὐχρηστήματα & δυσχρηστήματα appello) communia eſſe uoluerunt. Bud. ibidem.
Δυσχρηστία. nō modò uſus intractabilitatem, aut in uſu atq; tractatione offenſionem ſignificat, ſed etiam uerſuræ faciendæ moleſtiam & difficultatem. Cic. ad Atti. Mirifica enim δυσχρηστία eſt propter metum armorum. Dictio à uerbo κίχρασθαι deriuata. Bud. Com.
Δύσχρηστος.ου.ὁ.ἡ. inutilis, & cuius uſus ac tractatio difficilis eſt, ut Iſocr. τὴν δὲ ἀρχὴν δύσχρηστον appellat, quia pauci imperio & dominatu rectè utuntur. Bud. ibidem.
Δυσχρηστοῦμαι. &
Δυσχρηστῶ. uſu rei cuiuſpiā offendor, Athen. lib. 3. Item incommodè ac impeditè uerſor. Idem, ἦν δὴ μάχαιρα δυσχρηστούμενος ὑπὸ τῶν ἀργυρωμάτων κατασκευασμάτων, id eſt uexatus, conflictatus, impeditus. Bud. Com.
Δύσχυμος.ου.ὁ. inſipidus.
Δύσχωλος.ὁ. claudicans.
Δυσχωρία.ας.ἡ. malus locus, difficultas regionis.
Δυσχώριστος.ὁ. qui difficile ſeparatur.
Δυσώδης.εος.ὁ.ἡ. putridus, graue olens.
Δυσωδία.ας.ἡ. malus odor, fœtor, graueolentia.
Δυσώνης.ὁ. difficilis emptor.
Δυσωνοῦμαι. tenaciter & illiberali adiectione rem mercor.
Δυσώνυμος.ου.ὁ.ἡ. malus, infamis, mali nominis, execrandus, ominoſus, uel non nominandus, ut δύσπαρι. Euſt.
Δυσωπέομαι.μ.ήσομαι.π.ημαι. flector in animo, repudio, hæreo, ſuſpicor, reſiſto, reuerentiam habeo, moleſtè fero, turpiter metuo, uerecundor, iraſcor. Nam hoc uultu oſtendimus, qui ueluti ſpeculum eſt animi. Veteres pro ſuſpicere tantum uſurpabant, ſicut Plato in Phædro. Conſtruitur cum accuſatiuo. Bud. Com.
Δυσωπέω.μ.ήσω.π.ηκα. exoro, placo, dure loquor, flecto, perſuadeo, quod & καταδυσωπῶ dicitur, hæreo, hæſitabunde aſpicio, uiſum perſtringo, horribili ſpecie terreo, male inſpicio, grauiter inſpicio, ſanare poſſum, iuſtitiam uultu præ me fero. Bud. ibidem.
Δυσώπησις.εως.ἡ. placatio.
Δυσωπία.ἡ. uitioſus pudor, immodica uerecundia, inutile & pernicioſum ſilentium, uehemens oris confuſio. Dicitur etiam difficultas aliquid certò cōprehendendi, occurrente ſemper addubitatione, ut euenit in rebus diuinis.
Δυσωπεῖν.τό. pudor. (Bud. Com.
Δυσωρέω.μ.ήσω.π.ηκα. difficulter cuſtodio, duram noctem ago. Etym.
Δυσωχεῖν. indignari.
Δύτης. urinator, ὑφύδρος, uel βύθιος κολυμβητής. Bud. Com.
Δυτικός.οῦ.ὁ. occidentalis. Ariſtot. uocat δυτικὰ ζῶα, quæ demergi in aquam ſolent.
Δυτῖναι. aues à mergendo dictæ, apud Oppianū de Aucupio.
Δύω. Atticè pro δύο. duo.
Δύω & εἰσδύω, & δύμι & δύνω.μ.δύσω. ἀόρ.β. ἔδυν ſubeo, mergor, ingredior, cingo, circūdo.
Δωδεκάβοιος, δώδεκα βοῶν ἄξιος. item quod δωδεκάβοιος.
Δωδεκάς.άδος. numerus duodenarius.
Δώτα.υς.ἡ. olla geminis aurib. uel anſis inſig.

Δ Ω. per apocopen pro δῶμα. Hanc figuram Dorienſibus frequentiorem aſſerit Corin.
Δώδεκα. duodecim.
Δωδεκάβοιος.ου.ὁ. duodecim boū preciū ualēs.
Δωδεκάδες θυσίαι. ſacrificia, quę duodecim animalibus conſtabant, ſicut τριττύαι è tribus.
Δωδεκαετής.οῦ.ὁ. duodecim annos natus.
Δωδεκάθεος. herba à duodecim dijs maioribus dicta.
Δώδεκα θεοί. dij maiores dicūtur, qui ſunt iſti: Iuppiter, Iuno, Neptunus, Ceres, Mercurius, Vulcan9, Minerua, Apollo, Diana, Veſta, Mars, Venus, qui & dij maiorum gentiū uocantur.
Δωδεκάκις. duodecies.
Δωδεκάκρουνος.ου.ὁ.ἡ. habens duodecim fiſtulas & ſcaturigines. Athenienſes fontem eo nomine appellant, quem & ἐννεάκρουνον dixere, &
Δωδεκάμηνος χρόνος annus. (καλλιρόην.
Δωδεκαμήχανος.ου.ὁ.ἡ. duodecim artiū, uerſutus.
Δωδεκατημόριον.ου.τό. duodecima pars.
Δωδεκάτη. feſtum quoddam Athenis, quod & χόας uocabant.
Δωδεκαδάκτυλον τό. inteſtinū ſtatim ex pyloro exortum, quod Gal. etiam ἔκφυσιν appellat.
Δωδεκάφυλον.ου.τό. duodecim tribus.
Δωδεκηΐς.ίδος.ἡ. ſacrificium ex duodecim animalibus.
Δωδωναῖος.ὁ. Iupiter in Dodone regione Hyperboreorum cultus. Etym.
Δωδώνη.ης.ἡ. Dodona ſylua Epiri, & urbs.
Δώην, pro δοίην. darem, per ectaſin.
Δωλοφονία & δωλοφόνια antique, clancularia, & nocturna cædes.

Δῶμα.ατος.τὸ. domus, ſtructura, cubiculum, tectum. Vide Ammonium in δῶμα, & οἶκος.

Δωμάτιον.ου.τὸ. idem. Vide Ammonium.

Δώμησις. ædificium.

Δωμητύς.ή. apparatus, κατασκευή.

Δωρεά.ᾶς.ή. donum, uel largitio.

Δωρεάν. gratis.

Δωρέομαι.μ. ήσομαι.π.ημαι. dono, χαρίζομαι. Datiuo uel accuſatiuo iung.

Δωρηματικός.οῦ.ὁ. munificus.

Δωρητός.οῦ.ὁ. muneribus corruptus.

Δωριάζειν. nudari. δεῖ τὸ σῶμα δωριάζειν χρῆναι οὕτως. Doricarum enim uirginũ eſt ſpectandum præbere corpus, quod zonis nõ uterentur, ſed plerunq; χιτῶνας ferrent, quemadmodum Spartanæ uirgines nudæ uiſebãtur: ſic Pauſan. apud Euſt. Iliad. ξ. Vide in Chiliad. Eraſmi.

Δωριεύς.έως. Dorienſis.

Δωρίζειν, Dorico modo canere.

Δωρίππη ή. propriũ nomen fœminę, uide Etym.

Δώριον.ου.τὸ. Dorium, cantilena ad uirtutem incitans, nomen ciuitatis. Vide in Chiliad. A Dorio ad Phrygium. Δώριος οἰκονομία. Doricus quidam Muſicæ modus, nominatur apud Laertium in Polemone lib. 4.

Δωρική. armaturæ genus.

Δωρίς.ίδος.ή. lingua Dorica. Eſt & Nymphæ nomen. Etym. & mulier ex Dorienſiũ gente & natione.

Δωριστί. Doricè.

Δωροφόρος.ὁ. doniuorus, princeps corruptè iudicans.

Δωροδοκεῖσθαι. muneribus allici, corrumpi largitionibus. item δεκάζομαι, accipio munera corrumpentia & ſordida. Et Dinarchus contra Demoſt. δωροδοκούμενον uocat, quod ſordidè acceptum eſt. Bud. Com.

Δωροδοκέω.μ. ήσω.π.ηκα. ſuſcipio, & do munera in corruptionem, corrumpo muneribus. Budæus ibidem. Vide in Chiliad.

Δωροδοκιστί. Vide in Chiliadibus.

Δωροδοκία.ας.ή. largitio in corruptionem iudicis, crimen & iudicium contra iudices numarios & ſordidos apud Lyſiam. Sic Vlpianus. Si per gratiam aut ſordes magiſtratus ius non dixerit. Bud. ibidem. Ammonius munerum & largitionem & acceptionem dorodociam uocari ſcribit.

Δωροδόκος.ου.ὁ. & corrumpens, & corruptus muneribus.

Δῶρον.ου.τὸ. donum. Item palmus apud ueteres. Vnde δεκαδώρῳ ἀμάξῃ apud Heſiodum, pro curru decem palmorũ. Item ramus in cornibus cerui. Hinc ἑκκαιδεκάδωρα κέρα apud Homerum.

Δωροξενία. dicebatur ubi quis hoſpitalitatis accuſatus, & dona efferens calumnias deuitat & effugiat Ariſtot. Athenien. repub. loquens ἐσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς ὧν παράστασις τίθεται ξενίας, καὶ δωροξενίας, αὕτη δ᾽ ἐστὶν ἐάν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγοι τὴν συκοφαντίαν. Vnde etiam δωροξενίας γραφὴ & δίκη, apud Polluc. lib. 3. & 8. uide Harpocr.

Δωροφάγος.ου.ὁ. doniuorus, numularius, ſordidus, corruptus, munera deglutiens. Item palam decoctor. Etym. Epitheton principis apud Heſiodum.

Δωροφορεῖν. largiri, dona contribuere.

Δωρύττομαι. Dorice pro δωροῦμαι dono.

Δώρων γραφή. Crimen erat, inquit Harpoc. quod iudicibus ſordidis & munera captantibus intendebatur, quod etiam δωροδοκία dicitur.

Δώς.ή datio, dos. Eſt autem indeclinabile.

Δῶσι, pro δῷ. det.

Δωσιάρη. infauſta, κακὰ δῶρα.

Δῶσις. largitio.

Δώσων. cognominatus fuit Antiochus ex Macedonum regibus quidam, quòd multa promitteret, pauca impleret, quaſi daturus. Eraſmus in Chiliad.

Δωτινάζω. dona accipio, & corrogo.

Δωτίνη.ης.ή. munus, & propriè quod conſumitur, & non longo tempore ſeruatur, ut uinum, ueſtis, largitio, donum.

Δωτύς.υος.ή. cibus, τροφή.

Δώτωρ.ορος.ὁ. dator, munificus.

Δῶωσι, pro δῶσι.

E A.

E Ipſum, ſeipſum. accuſatiuus eſt ab ὅς.

Ἔα. eram. κατὰ διάλυσιν, αὐτὶ τοῦ ἦν. eſt etiam ſine, eſto, ἀπὸ τοῦ ἐάω. Etym. Suid.

Ἐά, bona, propria ſuiipſius.

Ἐάα. pro ἑᾶ, per pleonaſmum ultimi α.

Ἔαγα, pro ἦγα, reſolutione longæ uocalis in duas breues, ab ἄγω. fregi.

Ἐάγην. fractus ſum Deducitur autem ab ἄγω, id eſt κλῶ, συντρίβω, uel ἄσσω, cuius futur. ἄξω, & ἀόρ. β. ἦγον. In paſsiua uoce ἤγην, ἤγης, ἤγη, καὶ διαλύσει τοῦ η in ε & α, ἐάγην. Etym.

Ἕαδε. placuit, demulſit. ab ἅδω, id eſt, ἀρέσκω, & in præt. med. ἧδα, ἧδας, ἧδε: & reſolutione ἕαδας. δας. δε.

Ἑαδώς.ότος ὁ. πρὸ α τὸ ἥδω τὸ εὐφραίνομαι. placatus, lætus redditus. Etym. Σ.

Ἑαδώς.ότος. cũ tenui, placitus. ut ἑαδὼς μῦθος. Participium autem eſt præt. medij ab ἅδω, unde ἧδα uel ἕαδα. Etym.

Ἐακώς.ὁ. relinquens, auerſatus, dolens. Σ.

Ἐακώς

Ἑακῶς. remiſsè, παρέμῶς, cū intermiſsione doloris, ἀναπεπαυμένως.
Ἑαλός. moleſtus, fractus.
Ἑάλωκα. Atticè per διάλυσιν ab ἥλωκα præteri- to uerbi ἁλίσκω. damnatus ſum, captus ſum.
Ἑαλωκότων. damnati. (Bud. Com.
Ἑάλων. ἀόρ. Atticè pro ἥλων ab ἁλίσκω. captus fui.
Ἑάλω κλέπτων, & ἑάλω κλοπῆς, & ἑάλω χεῖρον ἔχων φώρια, id eſt, αὐτόφωρος εἰλήπται, ἐκρατήθη. Bud. Com.
Ἐὰν δὲ pro εἰ δ' ἄρα. Demoſth. θάῤῥει νὴ δία φήσει τις ἄν, οὐ γάρ ἔτ' οὐδὲν ὑβρισθήσῃ. ἐὰν δὲ, τότε ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφιέντες; At enim dicet aliquis, confide, iam ſecurus eſt ſimilis iniuriæ. Quid igitur, ſi idem iterum admittat, tunc ne iram ueſtrā exercebitis in eum, quem uos nūc impunè abire ſiueritis? Bud. ibidem.
Ἐὰν δὲ, δή. ſi uerò.
Ἑανός. οῦ. ὁ. ueſtis ſpendida & mulieris talaris, teſte Pauſania, peplus. item ſubtilis, uarius: ἑανὸς κασσίτερος, ſtannum fuſile, interp. Euſt. Iliad. ξ. Item ſubtile textum.
Ἐάνπερ. ſi.
Ἑάνται. ſedent.
Ἔαξα. fregi. ab ἄγω.
Ἔαρ, ἔαρος. τὸ. uer. poëtice ἦρ. Capitur & pro εἶαρ, id eſt, ſanguis & pinguedo, Callim. πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειψεν ἔαρ, uuidum oleum.
Ἑαρίζω. ueris tempore alicubi dego.
Ἑαρινός. οῦ. ὁ. uernus.
Ἑαρίδες. cantharides.
Ἑάριον. τὸ. uernum, roſa.
Ἑαρός. peluis.
Ἑαρτέρος. οῦ. ὁ. uernus, ἑαρινός, comparatiuus pro ſimplici. Nicand.
Ἑάσας. lætum reddidiſti. παρὰ τὸ ἥδω, ἥσας, καὶ διαιρέσει. Etym.
Ἐάσεις. ὑπερβήσῃ, συγχωρήσεις. Ariſtoph. Equitib.
Ἔασι, Ionice pro εἰσί. ſunt.
Ἐάσκω. dimitto.
Ἕαται. ſedent, & ſederunt. Eſt enim uel tertia perſona plur. præſ. ab ἕω, id eſt καθέζομαι, & paſsiua uoce ἧμαι, καὶ κράσει ἧμαι, ἧται, ἧνται, & Ionicè ἕαται. Vel tertia perſ. plur. præt. perf. ſicut πεποίηνται, & πεποιέαται.
Ἐατέον. prætermittendum, ſuperſedendum.
Ἑαυτόν. ſemet & temet. Pronomen compoſitum ab ἑ, id eſt ſe, & αὐτὸς ipſe, & caret nominatiuo. Ponitur autē ſubinde pro αὐτόν. Demoſth. ὡς ὅπως οὐδὲν ἑαυτῷ ποιεῖν. Bud. Com.
Ἑάφθη. coniunctum eſt. ab ἅπτομαι.
Ἐάω. ῶ. ἐάσω. ἀόρ. α. εἴασα. π. ακα. ſino, permitto, ἐῶ λέγειν, omitto. Neut. abſol.
Ἐάων. τῶν. ab ἐὰ nominat. plur. bonorum. Δωτῆρες ἐάων, epitheton deorum, frequens Homero.

E Βα. ἀντὶ τοῦ ἐᾶ. ſine. ſic enim Lacones & Syracuſij β μετὰ πλεονασμόν interponūt. Etym.
Ἔβαλε. ὤλβε, κατέλαβε.
Ἐβάσον, ἀντὶ τοῦ ἔασον πλεονασμῷ τοῦ β, Λακωνικῶς & Συρακουσίως. Etym.
Ἔβατε. ἀντὶ τοῦ ἕαται. uide. Etym.
Ἑβδομαγενής. έος. ὁ. ſeptimanigena, ſeptimodie natus, Apollinis eſt Epitheton teſte Plutarch. quem & ἑβδομαγέτην eadem ratione appellat Aeſchylus.
Ἑβδομαῖος. ὁ. ἕβδομος. ſeptimanus.
Ἑβδομάς. άδος. ἡ. ſpatium ſeptem dierum, & numerus ſeptenarius, & ipſum ſeptimum in ordine. uide Tho. Mag.
Ἑβδομεύειν. ſeptimum diem celebrare.
Ἑβδόματος. ου. ὁ. ſeptimus.
Ἑβδομήκοντα. ſeptuaginta.
Ἑβδομηκοντάκις. ſeptuagies.
Ἑβδομηκοντούτης. ſeptuagenarius.
Ἑβδομηκοστός. οῦ. ſeptuageſimus.
Ἕβδομος. ου. ſeptimus, ἕβδομον ἡμιτάλαντον, talenta ſex & ſemis. Bud. de Aſſe.
Ἐβένινος. ου. ὁ. ebeninus.
Ἔβενος. ου. ἡ. ebenus, ligni genus.
Ἐβίσκος. hibiſcus, malua, althæa. (Hipp.
Ἐβλιμάσθη. mollius effectum eſt, mollificatū eſt.
Ἑβραΐζω. loquor, ſiue uiuo more Hebræorum.
Ἑβραῖος. ου. ὁ. Hebræus.
Ἑβραϊστί. Hebraicè.
Ἔβραχεν. inſonuit, effertur præter naturā ſui thematis βράχω: tum de equo collapſo humi, tum de currus axe ſtridente: & de armis comploſis, atq; etiam de aquis immugientib. teſte Euſt.
Ἕβρος. Ebrus, fluuius Thraciæ, è Rhodope monte ortus.
Ἔβρως. comediſti, deuoraſti.

E Γανάσθην. gauiſus fui à uerbo γάνυμαι.
Ἔγγαλον. τὸ. ouis lac habens.
Ἐγγαμεῖν. alienam domum ingredi.
Ἐγγαμίζω. μ. ίσω. π. ικα. nuptui trado, deſpōdeo.
Ἐγγανῶται. corruptus eſt.
Ἐγγαστρίμυθος. ου. ὁ. ἐγγαστριμάντις, authore Suida, quem alij πύθωνα appellant, & uentriloquus in Decretis, Cauſa 26. q. 5. dicitur. Hoc autem nomine ſignificatur, qui è pelui, uel ex alio genere uaſis, uaticinia capit, γάστρη enim genus uaſis eſt. Aut certe, qui in uentre dæmonem habet, reſponſa interrogantibus dantem. Cæl. lib. 5. cap. 10.
Ἐγγαστρῖται. dicti ſunt diuinaculi omnes, ab Eurycle, cui ἐγγαστριμύθου cognomen.
Ἔγγαυρος. humidus, recens, immaturus.

Ἐγγέγαα. præt.med.ab ἐγγίνομαι. innatus ſum.

Ἐγγείσωμα. τὸ. pertuſio oſsis, quũ pars affecta ſub ſidit & illæſæ incumbit.

Ἐγγεγραμμένοι. dicuntur οἱ ληξίαρχοι, καὶ ἐζημιωμένοι, inquit Pollux. Ἐγγεγραμμένοι θεοί, dij m[...]iorum gentium, quaſi iam inde ab initio in deorum albo connumerati. ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀκροπόλει, in arcem relati, uel quorum nomina Athenis in arcem relata, quemadmodum Latinis in æraria relati. Budæus in Annot. & Com.

Ἐγγεγυμνασμένος. exercitatus, probatus.

Ἐγγειος. ȣ. ὁ. terrenus.

Ἐγγειόφυλλος. ȣ. ὁ. humi habens ſerpentia folia.

Ἐγγηράω. inſeneſco.

Ἐγγισώματα. τά. uocantur fracturæ uehementiores caluariæ, quæ in medio ſui membranæ inni tuntur, teſte Gal. Therap. 6. uide paulò inferius per iota.

Ἐγγελᾶν. irridere.

Ἐγγενής. έος. ὁ. ἡ. conſanguineus, ingenitus, innatus, incola, inquilinus, ciuis. Etym.

Ἐγγεόβια ὕδνα. tubera in terra nata Theophr.

Ἐγγηγενὲς πῦρ. ignis intra telluris uiſcera aſconditus, apud Heraclidem.

Ἐγγήραμα. ατος. τό. ſenectus, locus in quo ſenect[9] commode tranſigi poteſt, oblectamentum ſenectutis, ſic Cic. ad Att. pro quo tamen deprauate ſcriptũ in nonnullis codicib. ἐπίγραμμα.

Ἐγγηράσκω. idem quod ἐγγηράω.

Ἐγγιάζω. ἀντιφωνῶ.

Ἐγγίζω. μ. ίσω. π. ικα. appropinquo, inſto, adſum, in propinquo ſum. Neut. datiuo.

Ἐγγίνομαι. innaſcor, int[9] generor. Depon. datiuo

Ἐγγινόμενος. ingenitus, ingeſtus.

Ἔγγιον propius, ἐγγύτερον. uide Etym. & Tho. Mag.

Ἔγγιστα. proximè.

Ἐγγίσωμα. ατος. τό. caluæ ictus, in quo ſcilicet offenſum os ad interiorem cerebri membranam deſcenderit, dictum quod inter os caluæ, & cerebri membranã nullo relicto ſpatio, duo illa corpora ſibi inuicem propinquent.

Ἐγγλαυκόω. inſpicio.

Ἐγγλισχρός. ȣ. ὁ. lentiginoſus.

Ἐγγλυσις. ιος. ἡ. ingulatio, inglutitus. Herod. de loto ſcribens, ἡ δὲ (inquit) ἡ ῥίζα ἐδωδίμη, καὶ ἐγγλύσσει ἐπιεικέως ἐὸν στρογγύλον.

Ἐγγλύσσω. edulco, ἐγγλυκάζω.

Ἐγγλύφω. inſculpo.

Ἐγγλωττογάστωρ. ορος. ὁ. q lingua & arte dicẽdi uictitat.

Ἐγγλωττοτυπεῖν, τὴν γλῶσσαν ψόφειν. τα κατεχθόμενα στωμυλογεῖν τὰ ἐκείνων καὶ ἀεὶ ἐπὶ γλώττης ἔχειν. Ariſtot. interp. Equitib.

Ἐγγονεῖν. agere, feſtinare.

Ἐγγόνη. ης. ἡ. neptis.

Ἔγγονος. ȣ. ὁ. nepos, poſterus, τέκνα τῶν τέκνων.

Ἐγγόργων. ὁ. aſpectu truci.

Ἐγγράμματος. ȣ. ὁ. ἡ. literat[9], literis expreſſus Chœroboſcus. προσῳδίαι εἰσὶ πέντε τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς ὑγιής, &c.

Ἔγγραπτος. ȣ. ὁ. ἡ. conſcriptus.

Ἐγγραυλις. piſcis ex aquarum genere. Aelianus. alias ἐγκρασίχολος. uide infra.

Ἐγγράφεσθαι. dicuntur qui publicè multantur, id eſt οἱ ὀφλόντες. Ἐγγράφεσθαι εἰς ἄνδρας, eſt quod Romani uocant uirilem togam ſumere.

Ἐγγράφω. inſcribo, quo utebantur in liberorum profeſsione. Liquet enim ex Demoſth. ἐγγράφειν fuiſſe profeſsionem & apud Phratoras & apud populares. Significat etiam τὸ προσγράφω, id eſt adſcribo, addo, ut apud Demoſth. Ἐγγράφειν τοῦτο εἰς τὸ ψήφισμα. Et pro ἐκγράφειν, καὶ καταγράφειν, καὶ καταλέγειν. hoc eſt innumeros militares referre, aut inter claſsiarios. Accipitur etiam pro ζημιοῦν, multæ damnor & iudicor, ſicut ἐγγράφεσθαι. Et pro inſcribo, id eſt ſacrifico, ἀμύσσω. Theoph. lib. 5. πλὴν ὑπὸ τὸν φλοιὸν ὑποδυόμενοι σκώληκες, ὥσπερ ἐγγράφουσιν. Hoc Catul. conſcribillare uocat: Inuſta turpiter tibi flagella cõſcribillent. Bud. Com.

Ἐγγράφως. aduerbial. cum ſcriptis.

Ἐγγρημιᾶσθαι. exequias obire mortuis, parentare.

Ἐγγρισμός. ὁ. paroxyſmus, exaſperatio morbi & acceſsio.

Ἐγγυαλίζω. trado in manus, inſero, præbeo, figo in membris.

Ἐγγυᾶσθαι. deſpondeo, & de patre dicitur filio ſuo uxorem ſtipulante, hoc eſt μνηστευομένου, quod & ἐγγυᾶν dicitur. Sic Terent. in Andria. Nam aliam ei pater deſponderat. Ἐγγυᾶσθαι γυναῖκα etiam eſt deſponſam accipere & ducere. Demoſth. ἐγγυᾶται ὁ πατὴρ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ. Refertur etiam ad alia, ut ἐγγυᾶσθαι δίκην, uadimonium promittere. Et Plutarc. in Symp. καὶ τὸ γῆρας οὐκ ἀξιόπιστον ἐγγυᾶσθαι τὴν ἀναβολὴν τοῦ λόγου, Senex homo non ſatis locuples, ſponſor eſt rei in futurum reijciendæ, quia morti ſemper obuius eſt. Et ἐγγυᾶσθαι τὰς πράξεις. Demoſth. ſpondere opera perfectũ iri, ita ut ſit cuiuſq; rei aut conſilij euentũ in ſe recipere & polliceri. Sic ἐγγυῶμαί σοι τοῦτον, uel πρός σε, Fideiubeo pro eo apud te. & ἐγγυῶμαι τὸ μέλλον, recipio in me hoc futurum. Bud. in Annot. & Com.

Ἐγγυάω. μ. άσω. π. ακα. do fidem, promitto. ἐγγυῶ τὴν κόρην, deſpondeo filiam, uel etiam deſponſam trado. Bud. ibidẽ. Ammonius diſtinguit inter ἐγγυᾶ & ἐγγυᾶται. ἐγγυᾶ, qui dat: ἐγγυᾶται, qui accipit. Vide prouerbium, in Chiliadib. Sponde, noxa præſto eſt, quod Græcè dicitur. Ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτη.

Ἐγγύδιον

Ἐγγύδιον. propinquum.

Ἐγγύη. ης. ἡ. fideiuſsio, promiſsio, ſponſalia. Ἐγγύην ὁμολογεῖν, uadimoniũ promittere, quod etiam dicitur δίκην ἐγγυᾶσθαι καὶ ἀναδέχεσθαι. Bud. Com.

Ἐγγύησις. εως. ἡ. fideiuſsio, uadimonium.

Ἐγγυητής. οῦ. ὁ. fideiuſſor, ἐγγυητὰς καταστῆσαι, fideiuſſores dare. Bud. Com.

Ἐγγυητός. οῦ. ὁ. promiſſus, ἐγγυητή, deſponſata.

Ἐγγύθεν. de propè, cominus.

Ἐγγύθι. poëticè pro τοῦ ἐγγύς. propè.

Ἐγγυθήκη. uel ἐγγυοθήκη. dicitur à Luciano ſcriniũ, in quo ueluti in fideiuſsione deponimus numos & precioſam ſupellectilem. Item arca ſeu uas, in quo ſeruantur inſtrumẽta uel arma.

Ἔγγυον. tutum. (Etym.

Ἔγγυος. ου. ὁ. ſponſor.

Ἐγγύς. propè. uide Etym. ἐγγὺς τούτων, affine his.

Ἔγγυστα. καὶ

Ἐγγυτάτω. proximè. ἐγγυτάτω γένει ὄντων, & οἱ ἐγγύτατα γένους. qui proxime contingunt defunctum. Bud. Com.

Ἐγγύτερον. ſimilius, propius.

Ἐγγυτέρω. propius. Genitiuo iung.

Ἐγγώνιοι. οἱ. quadrilateres, triangulares, anguloſa illa brachij figura, Galeno dicitur ἐγγώνιος.

Ἐγδούπησε. ἀντὶ τοῦ ἐδούπησε, πλεονασμῷ τοῦ γ. Etym.

Ἐγείρομαι. μ. οῦμαι. ſurgo, reſurgo, ſuſcitor.

Ἐγείρω. μ. ερῶ. ἀόρ. α. ἤγειρα. π. ὄρκα. ſuſcito, incendo, erigo, urgeo, excito, cõcito iacentẽ uel torpeſcentem & pigrũ, ἐγείρω τὸν κειμένον καὶ ἐγείρω τὸν ῥαθυμοῦντα. ἠγέρθη (inquit Ammonius) qui experrectus eſt à ſomno: ἀνέστη autem, qui à lecto ſurrexit, uel à ſede & opere.

Ἔγνω. pro ἐγνώκω, ἔλαβεν.

Ἐγρεγορεῖν. uigilare. Vſitatius, ἐγρηγορεῖν.

Ἔγερσις. εως. ἡ. excitatio, reſurrectio, extructio,

Ἔγεστα. uallum, & munimentum, quod in bello lapidibus, lignis, & puluere cõgeſtis excitatur.

Ἐγήγαρθος, & ἐγήγαρχος. hilaris, lætus.

Ἐγηγερμένος. ſurgens.

Ἐγκρατής. οῦ. raptor.

Ἐγκαθιδρύω. μ. ύσω. π. υκα. impono, colloco. ædifico. Accuſ.

Ἐγκαθελεῖν. capere, deijcere.

Ἐγκαθείργνυμι. includo, coërceo.

Ἐγκάθετος. ου. ὁ. inſidiator.

Ἐγκαθεψόμενος. ου. incoctus.

Ἐγκάθημαι. inſideo.

Ἐγκαθίζω. inſidior, aſsideo dicendi gratia.

Ἐγκαθίημι. dimitto, immitto, ſubmitto.

Ἐγκάθισμα. uuluas procidẽteis uocat Pli. quod & inſeſsio dici poteſt.

Ἐγκαθίστημι. interſum.

Ἐγκαίνια. ων. τά. dedicatio cuiuſcunq; rei, uel feſtum, quo res qualiſcunq; innouatur, encænia.

Ἐγκαινίδες. αἱ. fori nauis, tabulata, & ꝓpriè quas plancas Latini appellant.

Ἐγκαινίδας ὑπὸ τὸ ἐγκάρσιον ξύλον γεφύρας.

Ἐγκαινίζω. μ. ίσω. π. ικα. in nouo. Accuſ.

Ἐγκαίομαι. μ. αύσομαι. π. αυσμαι. caleſco.

Ἐγκαίρως. opportunè.

Ἐγκαλέω. μ. έσω. π. ἐγκέκληκα. accuſo, actione peto, in ius uoco, crimen intento. Eſt etiam aliquando extra forum quouis modo expoſtulare, criminari, cõqueri, uitio uertere, improbare, reprehendere. Vnde ἐγκαλεῖσθαι paſsiuè, ꝓ in iudicium uocari, actione conueniri, Demoſthen. πρὸς φορμ. Item incuſari, opprobrium pati, Greg. Bud. Com. Vide μέμφεσθαι apud Ammonium. Dicimus ἐγκαλῶ σοι τὴν ῥαθυμίαν, hoc eſt, ſocordiam & ignauiam tibi obijcio, & ἐγκαλῶ σε τῆς κλοπῆς, pro furti crimen intento.

Ἐγκαλινδέομαι. inuoluor, immoror, ἐν διατρίβω.

Ἐγκαλινδέω. μ. ήσω. π. ηκα. inuoluo.

Ἐγκαλλωπίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. glorior, arrogo, mihi placeo. Plutarchus: ἀγαθὸς ὢν ἐγκαλλωπίζεσθαι τοῖς αἰσχροῖς, In rebus turpibus ſibi placere, ac ſeſe oſtentare. Idem propemodum per ὡραΐζομαι ſignificatur. Bud. Com.

Ἐγκαλλώπισμα. τό. ornamentum.

Ἔγκαλον. ου. τό. ſoleæ compedéſue lignei, quibus inducebantur ſontes & qui debitũ non ſoluebant, cippus, ἐγκαλοσκελεῖς, qui ita ligati ſunt, (cõpedib. induti.

Ἐγκαλούμενος. reus.

Ἐγκαλυπτήρια. τά. uidentur dici quæ dantur cum puella obuelata nolit uideri, quod ſanè cõgruit deformi. Cæl. lib. 11. cap. 60.

Ἐγκαλύπτομαι. μ. ύψομαι. π. υμμαι. occulto intimè. Item αἰσχύνομαι, pudore afficior, Aſchin. περὶ παραπρ. Sumptum ab ijs, quos cum pudet faciem tegere manu, uel perfricare frontẽ ſolent, id quod propriè hoc uerbum ſignificat, ut Plut. de Pompeio moriente, εἰπὼν δὲ μηδὲν, ἀλλ᾽ ἐγκαλυψάμενος, παρέδωκεν ἑαυτόν. Budæus Comment.

Ἐγκαλύπτω. intego, obuelo, ἐγκαλύπτομαι.

Ἔγκαμψις. εως ἡ. innixus. us. ui. inflexio. Hipp.

Ἐγκαναχᾶσθαι. cũ clamore & geſtibus lætari.

Ἐγκάναξον. infunde, euacua. dicitur propriè de large & copioſe multaq; ſimul uno ſpiritu bibentibus ἀπὸ τῆς καναχῆς, id eſt, à crepitu & murmure.

Ἐγκανθίς. ίδος. eſt cum maioris anguli, ſeu canthi caruncula excreſcit iuſto amplius, & ad nares protuberat. Id quod præcipuè patiuntur οἱ

θαλασσουργοί. Vocant etiam ἐγκανθίδας can- thorum radices, qui etiam ὑποκανθίδες. Cæte rum qui propè naſum adiacent rhauteres uo- cantur, ab humoris inſperſione: aut πηγαὶ, id eſt lachrymarum fontes quidam.

Ἐγκάπτω. auidè deuoro, Ariſtoph.

Ἐγκάρ. αρος. cerebrum, pediculus. Homerus, τίω δέ μιν ἐγκαρὸς αἴσῃ, Valde cõtemno, ſicut pe diculus, aut cerebrum contemnuntur. Nam Athenienſes omnino à cerebro abſtinent, præ- ſertim ſuillo. Alij legunt ἐν καρὸς, & κάρα quo- que pediculum exponũt, aut κῆρα, ἤγουν θάνα- τον. Cæl. lib. 2. cap. 24. Alij exponũt ἐν καρὸς, lo co mercenarij ſtipem merẽtis eũ habebo, quòd Cares primi æra in bello meruerint, quo nomi ne peſſime audiebant, tanquam pecuniæ man- cipia. Plura Euſt. Iliad. 9. & nos in Stromatib.

Ἐγκάρδιον. quod mediũ in lignis eſt, & quaſi me dulla.

Ἔγκαρος ὁ. cerebrũ, apud Lycophr.

Ἐγκαρπής. ferax, fœcundus.

Ἔγκαρπος. ου. ὁ. ἡ. fructuoſus. Apud Vitruuium encarpos inter Ionicæ columnæ ornamenta le gimus. Baſi, inquit, ſpiram ſuppoſuerũt pro cal ceo, capitulo uolutas, uti capillamento concri ſpatos cincinnos propendentes dextra & ſini- ſtra collocauerunt, & cymatijs & encarpis pro crinibus diſpoſitis frontes ornauerunt.

Ἐγκαρσίχολος. iracundus.

Ἐγκάρσιος. obliquus.

Ἔγκας. τάς. ulnas. Alij ἐγκὰς aduerbialiter ſcri- bũt, ἀντὶ τοῦ ἐν βάθει, ut Gal. apud Hipp. interp.

Ἔγκατα. ων. τά. uiſcera, inteſtina.

Ἐγκαταβιῶναι. uiuere.

Ἐγκαταδῦναι. dimittere.

Ἐγκαταζεύγω. μ. ξω. π. χα. iungo, accomodo, ad- iungo, adapto. Actiu. accuſ.

Ἐγκατακλείω. includo.

Ἐγκατακλίνω. μ. ινῶ. π. ικα. inclino.

Ἐγκαταλαμβάνω. circumuenio.

Ἐγκαταλέγω. μ. ξω. π. χα. reduco in numerum.

Ἐγκατάλειμμα. το. reliquiæ, monumentum, μνη- μόσυνον.

Ἐγκαταλελειμμένον. pro derelicto habitum.

Ἐγκαταλείπω. μ. εψω. π. ειφα. &

Ἐγκαταλιμπάνω. relinquo, in crimine deſero. Accuſ.

Ἐγκαταμίγνυμι. &

Ἐγκαταμιγνύω. μ. ίξω. π. ιχα. miſceo.

Ἐγκαταπήξας ὁ. qui infigit.

Ἐγκαταπλέκω. inſero.

Ἐγκατασβεσθῇ. extinguatur.

Ἐγκατασκευάζομαι. inſtruo.

Ἐγκατάσκευος λόγος oratio concinna & com- poſita, & opificij rhetorici plena, cui opponi- tur ἀκατάσκευος. Bud. Com.

Ἐγκατασκήπτειν. graſſari, ἐφορμᾶν. irruere, impe tuoſe inuadere.

Ἐγκατέχειν. perſequi, Ionicè.

Ἐγκαταστοιχειόω. μ. ώσω. π. ωκα. infigo elemen- tum, imprimo principium.

Ἐκαταχάζομαι. ſacrifico, fodio.

Ἐκατατίθημι. repono.

Ἐγκατέχειν. inſiſtere, ducere.

Ἐγκατοικίδιος φύλαξ. domeſticus cuſtos.

Ἐγκατοικοδομέω. μ. ήσω. π. ηκα. intus muro ædifi- co. Actiu. accuſ.

Ἔγκατος. ου. ὁ. ἡ. interior.

Ἐγκαυμένας. τάς. combuſtas.

Ἐγκαύματα. inuſtiones, puſtulæ, ſcoria argenti.

Ἔγκαυσις. ιος. ἡ. æſtus.

Ἐγκαυστής. οῦ. ὁ. pictor, ſculptor, inuſtor.

Ἐγκαυστική. pingẽdi ratio, quæ inuſtaria dicitur.

Ἐγκαυστόν. genus picturæ dictum ab urendo. Cæ- lius lib. 4. cap. 31.

Ἐγκαυστής. ης. ἡ. pictura inuſta. Plin. lib. 35. cap. 10. Picturæ ſuæ inſcripſit encauten.

Ἐγκαυχάω. μ. ήσω. π. ηκα. glorior. Datiuo.

Ἔγκαφος. ὁ. morſellus, bolus, fruſtulum, quod ore accipitur. à κάπτω.

Ἔγκειμαι. incumbo, impendo, ingruo, concupi- ſco, urgeo, inſto. Sicut Terent. Ille inſtat factũ.

Ἐγκεκαμμένοι. innitentes, inflexi, incumbentes, adunci, dicitur propriè de unguibus, teſte Gal.

Ἐγκείμενος ου ὁ. moleſtus, moleſtia affectus. & ἐκ- βάλλειν τὰ ἐγκείμενα Æginetæ, hoc eſt, ea quæ moleſta ſunt eijcere.

Ἐγκεκαυμένος. depictus, inuſtus.

Ἐγκεκλεμμένος. ὁ. ſurreptus.

Ἐγκεκοισυρωμένος. ὑπερηφανευόμενος, τρυφερῶς κεκοσμημένος, nimis accuratè ornatus & delica tus, faſtuoſus, apud Ariſtoph. à Cœſyra Megaclis & Alcmæonis matre, ſuperba fœmina, mul- tiſq; καλλωπίσμασι delibuta.

Ἐγκεκορδυλημένος. inuolutus, contortus, plagis confuſus. Ariſtoph. Neb. à κορδύλη, quod Cy- prijs tegumentum capitis ſonat, cincinnum. Nõnulli uibicem atq; tumorem interpretãtur.

Ἐγκεκυφότως. obſtippo capite, à κύπτω.

Ἐγκελεύω. hortor, incito. Xenoph. ἐν κυνηγέσιῳ ἐν δὲ τούτῳ ἐγκελεύειν ταῖς κυσὶ, καὶ χρῆσθαι τοῖς ἀκο- ντίοις. Dicitur ἐγκελεύεσθαι etiam uoce paſ- ſiua. Bud. Com.

Ἐγκέλευσμα. τος. τό. adhortatio, inhortamentũ.

Ἐγκέλευστος. ου. ὁ. iuſſus.

Ἐγκενίδες. obliquæ tabulæ, legitur & ἐγκανί- δες.

Ἐγκεντρίζω. μ. ίσω. π. ικα. inſero arbores. Dici- tur etiam ἐμβάλλειν, ἐμφυτεύειν, ἐμφυλλίζειν, & ἐνοφθαλμίζειν. Accuſ.

Ἐγκεντρὶς. ίδος. ἡ. ſtimulus, aculeus, calcar, reti- naculum

naculum ferreum, quo qui ſcandit uti aliquando ſolet.

Ἐγκεντρισμὸς. ὁ. inſitio quæ ſub cortice fit.

Ἐγκέντρισις. εως. ἡ. inſertio.

Ἔγκεντρος. ου. aculeatus.

Ἐγκέφαλος. ου. ὁ cerebrum.

Ἐγκεχείρισο. traditus eſt.

Ἐγκέχοδα cacaui. præt. med. ἀπὸ τοῦ χέζω.

Ἐγκεώτης. apud Plutar. uidetur dictio facta eſſe ex his uerbis ἐν κέῳ τίς. apud Ceos aũt mos fuit, ut qui magiſtratum inirent, epulum exhiberent populo. Quod ſi quando plures eſſent magiſtratus, dies inter ſeſe diſtribuebant, itaq; ſibi occurrentes rogabant, quis dies? ea uox poſtea in uulgi iocũ ceſsit. Vide Eraſ. in Chiliad.

Ἐγκηρόω. cera illino, Hipp.

Ἐγκιλικίζομαι. moroſus ſum, moribus Cilicum utor, ſcortor, malè nanq; audiunt Cilices quaſi ſcortationi plus æquo dediti.

Ἐγκιλικίστρια. πορνευτρια.

Ἐγκινούμενος. impediens.

Ἐγκισσάω. coitum & conceptum appeto.

Ἐγκίσσωσις. coitus, conceptio.

Ἐγκλαστρίδια. τά. genus ornamenti muliebris.

Ἐγκλείω. μ. είσω. π. εικα. includo, illuſtro. Accuſ.

Ἐγκλέφων. contentioſus, rabula.

Ἐγκλειτίς. ἡ. deſiderium.

Ἐγκληθεὶς. ὁ. accuſatus.

Ἔγκλημα. ατος. τὸ. culpa, crimen, conuicium, expoſtulatio, accuſatio, actio, petitio, libellus actoris, id eſt τὰ ἐγκεκλημένα; & quæcunq; iudiciaria perſecutio dicitur. Vnde ἐν ἐγκλήμασιν εἶναι ſic dicitur, ut ἐν αἰτίαις εἶναι, hoc eſt crimina & cõtrouerſias pati. Διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα, decidere & tranſigere cauſam. Φεύγειν ἔγκλημα τῆς δειλίας, in ſuſpicionem & culpam uel reprehenſionem timiditatis uenire. Ἀναδέχεσθαι τὸ ἔγκλημα καὶ τὰ ἐγκλήματα, τὸ αἰτίαν ἐνδέχεσθαι. id eſt, in ſe crimen recipere, crimini ſe offerre, agnoſcere rem perpetratam, & ſe mandatorem profiteri. Bud. Com.

Ἐγκληματικὸς ἀνὴρ. querulus, expoſtulator, litigioſus. Bud. Com.

Ἔγκληρος. hæreditarius, diues.

Ἔγκλητος. ἡ. ἐπὶ συνόδου παραίτησις.

Ἐγκλίζω. aliena elargior.

Ἔγκλιμα. ατος. τὸ. locus in naui, cui innititur gubernator.

Ἐγκλίνω. μ. ινῶ. π. ικα. inclino.

Ἔγκλισις. εως. ἡ. inclinatio, & unum ex uerbi accidentibus.

Ἔγκλυσμα. ατος. τὸ. clyſter.

Ἔγκνισμα. τὸ. quid ſit, uide Plutarchũ in Proble.

Ἐγκοιλαίνω. cauo.

Ἐγκοίλιον. ου. τὸ. inteſtinum.

Ἐγκοίλια. τά. interdum manuum interna.

Ἔγκοιλις. ιδος. ἡ. palpebra ſuperior. Pollux.

Ἔγκοιλος. concauus.

Ἐγκοίμητρον. τὸ. ſtragulum, lodix. Vide χλαῖνα apud Ammonium.

Ἐγκοιστρόω. μ. ώσω. π. ωκα. ſuperfluè orno. Acti.

Ἐγκολάπτω. μ. άψω. π. αφα. inſculpo.

Ἐγκολπίζεσθαι. inſinuare.

Ἐγκολπίαι. αἱ. uenti qui è mari ueniũt per ſinus.

Ἐγκομβωθεὶς, ligatus.

Ἐγκόμβωμα. ατος. τὸ. genus ueſtis, qua ſerui utebantur, ὁ δεσμὸς τῶν χειρίδων. Athenienſes ὄχθοιβον uocant, alij κοσύμβη. Vnde & ἐγκομβώσασθαι, στολίσασθαι. D. Petrus prima epiſto. ἐγκομβώσασθαι τὴν ταπεινοφροσύνην.

Ἔγκομμα. offenſio, πρόσκομμα.

Ἐγκονίω. μ. ήσω. π. ηκα. accelero, ſtudeo, puluere impleo. Inde ſumptũ, quòd properantes puluere inficiunt pedes, uel ab athletis, quorũ labor totus in puluere ac antequã puluerem attingãt uincunt, inquit Ariſtoph. interp. Neut. abſolutum.

Ἐγκονίδες famulæ. ἀπὸ τοῦ κονῶ τὸ ἐνεργῶ.

Ἐγκοπεὺς. έως. ὁ. celtes, cœlum. inſtrumentũ incidendis rebus accommodum. ἀπὸ τοῦ κόπτω.

Ἐγκοπή. ῆς. ἡ. intercisio, interruptio, offenſio, impedimentum.

Ἔγκοπος. ὁ. laborioſus, difficilis.

Ἐγκόπτω. μ. όψω. π. οφα. impedio, retraho, obſto, indo, interpello loquentem, quod & interfari dicitur. Bud. Com.

Ἐγκορδυλέω. μ. ήσω. π. ηκα. inuoluo. Accuſ. Et ἐγκορδυλίζω, ſuffarcino, & ἐγκεκορδυλημένος ſuffarcinatus? ἐγκεκρυμμένος. κορδύλην enim Cyprij uocant capitis inuolucrum quo noctu inter dormiendum caput occultare uidemur. Ariſtoph. interp.

Ἐγκορύπτω. obarieto, cornu ferio, Lycoph.

Ἐγκοσμέω. orno, ordino.

Ἐγκότημα. ira, inſania.

Ἐγκοτέω. μ. ήσω. π. ηκα. moleſtus ſum, grauiter iraſcor. Neut. datiuo.

Ἔγκοτος. ου ὁ. inimicus, inconciliabilis, iracũdus.

Ἐγκοτύλη. luſus nomen eſt, quo uicti uictorum genua, manuũ excipientes cauitate, geſtabant. Cæl lib. 14. cap. 60.

Ἐγκουλεῶ. ήσω. enſem in uaginam condo.

Ἐγκραφίδες. αἱ. faciei ſtigmata. Item exculptæ rerum imagines in ædium frontiſpicijs, tecti ſq;.

Ἐγκραγόντες. οἱ. inclamantes.

Ἐγκράζω. μ. άξω. π. αχα. inclamo. Neut. datiuo.

Ἔγκρανον. ου. τὸ. καὶ

Ἐγκρανίς. ίδος. ἡ. terebellũ, quod & περικεφαλίς.

Ἐγκρασίχολος. bilioſus, iracundus. Vocantur etiam

etiam ἐγκρασίχολοι piſces quidam ex aphyorum genere uel gobiorum qui ex ſupernatante maris ſpuma uel limo naſcuntur. uide Ariſtophanem interp.
Ἐγκράτεια. ας. ἡ. καὶ ἐγκρατές. τό. cōtinentia, temperantia, moderatio.
Ἐγκρατεύεσθαι. temperantem eſſe, tolerare.
Ἐγκρατέω. ῶ. ήσω. πε. ηκα. contineo, id eſt continens ſum. Neut. genit.
Ἐγκρατής. έος. ὁ. ἡ. potens, abſtinens, continens, (compos.
Ἐγκρατῶς. τὸ. καρτερικῶς.
Ἔγκραυλος. piſcis apud Ariſtotelem, Gaza encraulum uertit. Vide ἐγγραυλις.
Ἔγκοιλος. cauus, uacuus.
Ἐγκρίνομαι. approbatus aſſumor, eligor.
Ἐγκρίνω. ῶ. ινῶ. πε. ικα. approbo, allego, admitto, decurio, adopto. opponitur τῷ ἀποκρίνω. Bud. (Com.
Ἐγκρίς. ίδος. ἡ. bellariū ex oleo melle admixto, πέμμα ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ, εἶτα μελιτούμενον. Euſt. Iliad. σ.
Ἔγκρισις. ſacrum certamen.
Ἔγκριτος. in ordinem numerumq; redactus. ἔκκριτος uerò eſt electus, approbatus, præcipuus, eximius, primarius. Bud. Com.
Ἐγκρούω. ad numeros incedo, ſalto.
Ἔγκρυμμα. τό. inſidiæ λόχος, apud Demoſth.
Ἔγκρυπτος. ὁ. bellariorum genus.
Ἐγκρυφιάζειν. abſcondere. (cap. 7.
Ἐγκρυφίας. ου. ὁ. panis ſubcinericius. Cæl. lib. 15.
Ἐγκτηνέες. οἱ. Bœoti ſic dicebātur ob innatā gentis ſtupiditatem quaſi pecuarios dicas. Etym.
Ἐγκύβωμα. τό. amiculum album quo ſerui in comœdia induebantur, Polluci.
Ἐγκταί. οἱ. pictores.
Ἔγκυδον. τό. celebre, clarum.
Ἐγκύειν. prægnantem eſſe.
Ἐγκυκάω. commiſceo, confundo.
Ἐγκυκλέω. circumuoluo.
Ἐγκύκλημα, pegmatis ſpecies erat ſubiectis rotis quo circumacto, quæ intus acta fuiſſent, ſpectatoribus oſtendebantur.
Ἐγκύκληθρον. τό. idem qđ ἐγκύκλημα, μηχάνημα ὑπότροχον, ὑφ' οὗ ἐδείκνυτο τὰ ἐν τῇ σκηνῇ. Euſt. Iliad.
Ἐγκύκλια quæ plærunq; uerſantur in uita, & uſu domeſtico. Latinè dici poſſunt obuia, tranſlatitia, triuialia, quotidiana. Ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις ἐντεταχθείς, in ordinem miniſteriorum, artificiorumq; ſeruilium coactus. Bud. Com.
Ἐγκύκλιος. ου. in orbē factus, circularis, in ordinē redactus, nō egregius, aut eximius, plebeius, uilis. Cæl. lib. 13. ca. 48. Vnde ἐγκύκλιοι ἀρχαὶ dicūtur magiſtratus, q ſortito deferebātur, quaſi in orbē redeūtes, uel quaſi uulgares. Bud. Cō.

Ἐγκύκλιος παιδεία, ſiue ἐγκυκλοπαιδεία, quaſi orbiculata diſciplinarum ſeries, ueluti ductus quidam ſcientiæ ex multis diſciplinis conſertus & aptus. Bud. in Aſſe. Annot. & Com.
Ἔγκυκλος. ὁ. ἡ. idem quod ἐγκύκλιος.
Ἐγκυκλούμενος. incluſus.
Ἔγκυκλον. τό. ueſtis apud Comicum purpurea fœminarum interior, cui τὸ ἔνδυμα incumbit, ad genua tantū uſq; pertingens, unde & ἐπιγουνίς dicitur, Euſt. ex Pauſania. Iliad. ξ. dicitur ἐκκύκλον.
Ἐγκυκλοπαιδεία. orbis diſciplinarū ſonat & ambitus qđ hæ circulari quodā amplexu uinctę te neātur, & mutuo inter ſe nexu ita cōiūcta ſint, ut ſine alterius præſidio altera ſtare non poſſit.
Ἐγκυλίομαι. uerſor, inuoluor, aſsiduus ſum. Xenoph. εἰς ἔρωτας ἐγκυλινδοῦνται. Bud. Com.
Ἐγκυμονέω. ῶ. ήσω. πε. ηκα. prægno, fero uterum.
Ἐγκύμων. ονος. ὁ. & (Neutr.
Ἔγκυος. ου. prægnans, uterum ferens.
Ἐγκυρέω. ῶ. ύρσω. πε. υρκα. incido, obuio.
Ἐγκυσίχωλος. ὁ. à natibus uſq; claudus, à κύσος Comica dictione, quæ podicem notat.
Ἔγκυτι. cutetenus, in cute, ad cutē, propè, ἐν χρῷ.
Ἐγκωμιάζω. άσω. πε. ακα. laudo in multis, arte.
Ἐγκωμιαστής. οῦ. ὁ. laudator. (Actiu. accuſ.
Ἐγκωμιαστικός. οῦ. ὁ. laudatiuus.
Ἐγκώμιον. ου. τό. laus, & differt ab ἔπαινος. Nam hoc teſtimonium ſignificat à ſingulari uirtute, ueluti cum Ariſtidem iuſti cognomento decoramus ἐγκώμιον uerò ex uirtutibus cōpingitur omnib. Euſtrat. Cæl. lib. 4. cap. 5. Vide ὕμνος apud Ammonium, & in prouerbijs Eraſmi. Encomium ante uictoriam.
Ἐγκώπιον. τό. nauis pars, qua remorū ordo diſponitur.
Ἐγλευκισμένος. qui ſubliuidus eſt, ac deſit albus (eſſe. Hipp.
Ἐγνωσμένον. ſtatutum.
Ἐγρέμαχος. incitans ad pugnam, ἐγερσίμαχος.
Ἐγρήγορθε præt. med. ab ἐγείρω, ſuſcitaui.
Ἐγρηγορέω. uigilo.
Ἐγρήγορος. ου. ὁ. uigilans.
Ἐγρηγόρσιος. ὁ. ſomnum arcens, uigilias citans.
Ἐγρήγορσις. εως. ἡ. uigilantia, uigilia.
Ἐγρηγορτί. uigilanter.
Ἔγρησις. uigilia.
Ἐγρήσσω. ῶ. ήξω. πε. ηχα. uigilo. Neut.
Ἔγρομαι. ſyncopa ab ἐγείρομαι. ſurgo.
Ἐγρυπνέω. uigilo.
Ἐγχαλινόω. infreno, & ἐγχαλινῶται, frenis circum(datus eſt Hippocr.
Ἔγχαλκος. ου. ὁ. æreus.
Ἐγχανέομαι. contumelijs afficio, contemno. Ariſtoph. Equitibus οὐ γὰρ ἡμῶν γε στρατηγῶν ἐγχανεῖται τῇ πόλει. Itē in Veſpis idē uſus ꝓ irrideo.

Ἐγχάραξις

Ἐγχάραξις. ιος. ἡ. inſculptura.
Ἐγχαράττω. μ. άξω. π. αχα. inſcribo, indico, Accu.
Ἔγχας genus coloris fucatorij.
Ἐγχάσκειν. inhiare, irridere.
Ἐγχεία. ας. ἡ. haſta, peritia uibrandæ haſtæ.
Ἐγχειγάστωρ. ὁ. qui bello & haſta uiuit.
Ἐγχειμάζω. hyberno.
Ἐγχείμαργος. ου. ὁ. haſta furens, bellax.
Ἐγχειρέω. μ. ήσω. π. ηκα. manũ inijcio, trado, aggredior, id eſt incipio, τὸ ἐπιχειρῶ, peto. Bud. (Com.
Ἐγχείρημα. ατος. τὸ. conatus, auſus.
Ἐγχείρησις. εως. ἡ. conatus, indicatio, adminiſtratio, tractandi ratio, ut ἀνατομικὴ ἐγχείρησις ratio tractandæ diſſectiõis, & adminiſtratio, uel diſſectio quæ manu uſurpatur, Linacro interp.
Ἐγχειρητικός. ſolers in rebus, uel hominibus aggrediendis. Bud. Com.
Ἐγχειρίδιον. ου. τὸ. gladiolus, gladius qui adiacet enſi. Item libelli genus breuioris, quod & Latini enchiridion uocant, & omne inſtrumentũ qđ manu tenetur. Item manubriũ ſeu capulus remi, quo loco remus tenetur apud Athenæũ.
Ἐγχειρίζομαι. τὸ. ἐπιτρέπομαι, adminiſtro, in manus ſumo, commiſſum habeo. Gregor. καὶ μέρος οὐκ ὀλίγον, ἐγχειρίζεται τῆς οἰκουμένης, Pars non contemnenda, orbis terrarum eius imperio creditur. Bud. Com.
Ἐγχειρίζω. μ. ίσω π. ικα porrigo, in manus do, dedo ut hoſtes uicti, demando, trado, concredo. Actiu. accuſ.
Ἐγχειρίθετος. in poteſtatem redactus.
Ἐγχειρίτης. ου. ὁ. qui conatur & molitur. Ariſtoph. Auib. καινῶν ἔργων τ' ἐγχειρίτης.
Ἐγχειρογάστωρ. ορος. ὁ. ἐγχειράστωρ, qui manuum labore uiuit.
Ἐγχελεῶνες. piſcinæ, uiuaria.
Ἔγχελις. ιος. ἡ. & ἔγχελυς. υος. ἡ. anguilla, apud Ariſtotelem & Aelian.
Ἐγχελυώπον. τὸ. anguillæ aſpectum habens.
Ἐγχεσίμαργος. ἐγχείμαργος.
Ἐγχεσίμωρος. ου. ὁ. ἡ. enſe trucidans, uel enſe trucidatus.
Ἐγχέσπαλος ου ὁ. ἡ. haſtam uibrans.
Ἐγχέζω. caco, excerno & anũ duco, ut inquit Celſus, huius prætẽritũ mediũ eſt ἐγκέχοδα quo uſus eſt Ariſtoph. Ranis.
Ἐγχέω. μ. ἐγχεύσω. π. ηκα. ἀόρ. α. ἔγχευα, & ἔγχευα Aeolicè. infundo.
Ἔγχιον. propius.
Ἔγχλοος. ου. uiridis, Nicand.
Ἔγχνοος. ου. lanuginoſus.
Ἐγχορεύω. ſalto.
Ἔγχος. εος. τὸ. haſta. Itẽ enſis, ξίφος, apud Sophoc. Hom. etiã p ſceptro ſeu ſcipione poſuit. Euſt.
Ἔγχουσα fucus, anchuſa herba. παρὰ τὸ ἐγχεῖν τὸ χρῶμα τῇ ῥίζῃ ἐρυθρόν. Et ἐγχουσίζεσθαι, fuco colorari.

Ἐγχρίμπτω. μ. ψω. π. φα. calibus implico, pungo, admoueo, applico. Accuſ.
Ἔγχριστα. τὰ. liquida medicamẽta quæ illinuntur apud Galenum.
Ἔγχριστος. ου. ὁ. ἡ. illitus, inunctus.
Ἐγχρίψαι. incidere.
Ἐγχρίω. illino, inungo. Ammonius ἐγχρίσαι & ἀναλεῖψαι diſtinguit.
Ἐγχρονίζω. μ. ίσω. π. ικα. immoror. Neu. Datiuo.
Ἔγχρυσος. ου. ὁ. inauratus.
Ἐγχρῷ. cutetenus, ad uiuum. Interdum prope, χρῷ autem pro χρῶτι accipitur per ἀποκοπήν.
Ἐγχύλισμα. τὸ. ſuccus.
Ἔγχυλος. ου. ὁ. ἡ. ſuccoſus.
Ἔγχυμα. τὸ. fluidum, placenta.
Ἐγχυματίζω. infundo.
Ἔγχυμος. ου. ὁ. ſapidus.
Ἐγχύμωσις. eſt quando caſu aliquo aut pondere caro fracta ſanguinem atterit.
Ἐγχυράζω. &
Ἐγχυριάζω. μ. άσω. π. ακα. oppignoro, & pignora capio, pignoro. Neut. accuſ.
Ἔγχυρον. ου. τὸ. pignus.
Ἐγχυτά. τὰ. medicamenta quædã ſic dicta, quod in oculos inſtillentur: de quibus conſule Gal. Comment. de Remed. paratu facilibus.
Ἐγχυτρίζω. in urnam condo, occido.
Ἐγχυτρισμός. infantium expoſitio, ἐπεὶ ἐν χύτραις ἐξετίθεσαν τὰ βρέφη.
Ἐγχυτρίστριαι. αἱ. & ἐγχύτριαι præficæ, id eſt muliercula, quæ in funere conductæ plorant, & exequias, ſepulchris aquam aut ſanguinem fundentes, peragunt. Plato Min. Sunt item & quæ infanteis undis exponunt.
Ἐγχωρεῖ. poſsibile eſt, tempus ſupereſt, locus eſt capax. Εἰ ἐγχωρεῖ, ſi locum habeat. ὅταν τάχιστα ἐγχωρῇ, primo quoq; tempore.
Ἐγχωρέω. μ. ήσω. π. ηκα. habeo modum & locũ ad aliquid faciendum.
Ἐγχώριον. ου. τὸ. pignus, uſura.
Ἐγχώριος. ου ὁ ἡ. ex loco, indigena, ἐπιχώριος.
Ἔγχωρος. ου. uiridis, pro ἔγχλωρος.
Ἔγχωρος. ου. inquilinus, apud Lycophronẽ pro ἐγχώριος.
Ἔγωγε. ego quidem, equidem, ponitur enim hæc uox in principio ſolum periodi, eſtq; Atticorum propria ἐγώ uero in principio, & alibi, cuius cõmunis eſt omnium Græcorum uſus. Ariſtoph. interp.
Ἐγώγιον. ἀρχαῖον, uetuſtum, ὠγύγιον.
Ἐγᾦδα. per epectaſin & craſin, pro ἐγὼ οἶδα.
Ἐγᾦμαι, ἐγὼ οἶμαι, opinor.
Ἐγώνγαὐτὸς ἐγώ. ego ipſe.
Ἐγώνη. Doricè. ego.

Ἐδάλω

Ε Δαὴν. ἀόρ β. ἀ δαῶ, didici, cognoui, noui, ſenſi, intellexi.

Ἐδανός. ὁ. dulcis, ſuaueolens, lenis. παρὰ τὸ ἥδω τὸ εὐφραίνομαι. Etym.

Ἐδάπεδον. pro δάπεδον. τὸ. ſolū, pauimentū.

Ἔδαρ αρ. τὸ. cibus.

Ἐδάριον. membrana in teſticulis.

Ἐδας. nomen Mercurij apud Gortynios. παρὰ τὸ ἐᾶ, ἐάων εἶναι δοτῆρα, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ. Etym.

Ἐδάσαντο. ἐμερίσαντο.

Ἐδάσατο. κατέφαγεν, deuorauit.

Ἐδαφίζω. μ. ίσω. τὸ ικα. proſterno, allido terræ, ſolo adæquo. Accuſ.

Ἔδαφος. εος. τὸ. ſolum, pauimentū, humi, ut παρασύρεται τὴν κοιλίαν περὶ ἐδάφει uentrem deorſum uel humi apprimit diſtorquendo. In Hippiar. de equo torminoſo.

Ἐδέατρος. ὁ. prægustator, præfectus ciborū miniſterio & apparatui. Ita uocat Sext. Pompeius. nam alio nomine ἐλέατρος dicitur. Cæl. lib. 13. cap. 54. Vide ἐλέατρος apud Ammonium.

Ἔδδεισε ἀόρ. pro ἔδεισε, duplici δδ, à δείδω, timuit. Vnde & ἐδέδει, plusquamperfectū pro imperfecto, timebat.

Ἐδέδμητο. apparatum eſt, ædificatum eſt, extructum eſt. παρὰ τὸ δέμω καὶ ἐδέδμητο. Etym.

Ἐδεήθην. indigui, petebam.

Ἐδέησε. abfuit.

Ἔδεθλον. τὸ. ſedes.

Ἔδει. oportebat, ligabat, pro δεῖ.

Ἐδειχθήσαν. ſupplicio affecti, aut necati ſunt.

Ἐδείματο. ædificabat.

Ἐδειμάτουν. terrefaciebant, ut ἐδειμάτουν τοὺς Ἴωνας, apud Herodotum.

Ἐδεῖς. οἱ. ſacerdotes.

Ἐδέκτο. ſuſcepit, pro ἐδέδεκτο, Pind.

Ἔδεσμα. ατος. τὸ. edulium, ferculum, cibus.

Ἐδεστέον. comedendum eſt.

Ἐδεστής. ὁ. comeſtor.

Ἐδεστός. ὁ. uescus, delicatus.

Ἐδετίων. ονος. ſodalis.

Ἐδήδοκα. comedi. Ab ἐδέω, ἐδέσω, ἤδεκα, & Atticè ἐδήδοκα.

Ἐδηδοκώς. ότος. ὁ. qui comedit, & ἐδήδοκα præteritum Atticum ab ἔδω.

Ἐδηδών. ἡ. ſerpigo, phagedæna.

Ἐδημιουργήθησαν. conditi ſunt.

Ἐδητύς. ύος. ἡ. eſca, cibus.

Ἐδικία. ας. ἡ. iuſtitia, actio bona.

Ἔδιον. τὸ. commeatus.

Ἔδμεναι, pro ἐδέμεναι, ἐδεῖν, comedere.

Ἔδνα. τὰ. dicuntur munuſcula quæ ſponſæ dantur à ſponſo. Latinè ſponſalia. Cæl. lib. 11. ca. 60.

Ἐδνεύω. alieno, pignoro.

Ἔδνιος. nuptialis, ſponſalis.

Ἔδνον. τὸ. ꝓpriè quod à marito donatur. Item αὐτὴ ἡ. γυναικεία προίξ ipſa dos mulieris.

Ἐδνοπαλίζειν. ferire, quatere, occidere.

Ἔδνου. tenebat, claudebat.

Ἐδνώσαντο. tradiderunt uxorem dando dotalia.

Ἐδνωτής. ὁ. ſocer.

Ἐδόδιμον. τὸ. cibus, nutrimentum.

Ἔδομαι. ἐσθίω, edo.

Ἔδοξε. uiſum eſt.

Ἔδος. εος. τὸ. ſedes, pauimentum, ſolum, templū, ſimulachrū. Bayfius ἕδη θεῶν pro ἀγάλματα id eſt, ſigna uel ſigilla deorum interpretatur.

Ἐδύς. ὁ. uorax.

Ἕδρα. ας. ἡ. ſedes, baſis, ſubſellium, ſella. Item πυγή, anus, quæ etiā ſedes à Plinio dicitur. Item conſiſtentia, manſitatio.

Ἑδράζομαι. μ. άσομαι. τὸ. ασμαι. firmor.

Ἑδράζω. colloco.

Ἑδραία. ſtabilis, ſellularia, ut Gaza uertit in Ariſtotele.

Ἑδραῖος. ὁ. firmus, fundatus, ſedentarius, ſtabilis. Ἑδραῖος βίω, ſtabilem uitā agens. Ἑδραῖος βίος, ſedentaria uita.

Ἑδραῖαι. Varro operas ſedentarias uocat, quæ ſedendo exercentur. Hermol. in Plin.

Ἑδραίωμα. ατος. τὸ. fundamentum.

Ἕδρανον. pro ἐδαρνον. à δαρθάνω.

Ἕδραμον. ἀόρ. β. ἀπὸ τοῦ δρέμω, cucurri.

Ἕδρανον. τὸ. &

Ἕδρασμα. ατος. τὸ ſedes, θρόνος.

Ἑδρεύω. μ. εύσω. τὸ. ευκα. ſedeo, ſiſto.

Ἑδρήεις. ſtabilis.

Ἑδρευτής. ἡ. ἑδρίτης. ſeruus, famulus, ſupplex.

Ἑδριάομαι. μ. άσομαι. τὸ. ασμαι. ſedeo.

Ἑδρικὰ ἕλκη dicūtur ab Aegineta, quæ ſedi adnaſcuntur.

Ἑδριον. conſeſſus, συνέδριον.

Ἑδρῖται. οἱ. ἱκέται, ſupplices, οἰκέται, ἀπὸ τοῦ καταφεύγειν ἐπὶ ἑστίαν.

Ἑδροδιοπολεύς. ὁ. inſtrumentum quod in ſedem inijcitur, quod & κατωπήρ. apud Gal.

Ἔδω. μ. σω. τὸ. ηκα, uel ἔδηκα, epentheſi ἐδήδοκα. edo. Neut. Accuſ.　89

Ἐδωδή. ῆς. ἡ. cibus, nutrimententum.

Ἐδώδιμος. ὁ. uescus, eſculentus, edulus.

Ἐδωλιάζω. conſideo in theatro.

Ἐδώλιον. τὸ. tranſtrum, claſsis, nauigium, baſis ſtatuis aut naui ſuppoſita ne tangat terrā, fori, ſeu tabulatum nauium, in quo remiges ſedēt. fulciū cui aſsidetur. Harpocr. τὰς ἐδωλίας fœminino genere agnoſcit uſurpatas ab Herod. domicilium. οἴκημα, Sophocles ἀρχαιόπλουτα πατρὸς ἐδώλια, uetuſta patris ſedes.

Ἐδώλιος. auis ſpecies.

Ει. aduer

E E.

Ε'Ε.aduerbium exclamandi.
Ε'ε.cum,ipſum.
Ε'εδνα.ων.τὰ. dotes,ſponſalia.
Ε'εδνωτὴς.ȣ̃.ὁ.ἑδνωτὴς, ſocer, affinis.
Ε'είδεσθαι.opinari,uideri,aſsimilari.
Ε'εικοσάβοια. ſacrificia uiginti boum,uel pretium uiginti boum pendentia.
Ε'είκοσι,pro εἴκοσι. uiginti.
Ε'εικται. ſimilis eſt, ὁμοίωται.
Ε'είκω, pro εἴκω.
Ε'είπειν,pro εἰπεῖν, ἀόρ.α.ab ἔπω.
Ε'είς, pro εἷς,id eſt unus.
Ε'είσαθον. ibant, ab εἴω.
Ε'εισάμενος. εἰσάμενος,aſsimilatus. Ab εἴδω,εἴσω, εἶσα,εἰσάμην,uel ἐεισάμην.
Ε'είσατο. ἥρμοσεν.
Ε'είσκω. aſsimilo. Heſiod.ἔργ.καὶ ἡμ. de Pandora, ἀθανάτοις δὲ θεαῖς εἰς ὦπα ἐίσκειν.
Ε'έλδομαι. cupio, curo, pro ἔλδομαι. uide Etym. Genitiuo.
Ε'έλδωρ.ορος.τὸ.deſiderium.Hom.Iliad.α.τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ. Item donum fortunatũ pro ἔλδωρ. Etym.
Ε'έλμεθα. clauſi ſumus. Vnde ἐελμένοι, συγκεκλεισμένοι,τροπῇ τοῦ ρ. Etym.
Ε'έλπομαι. pro ἔλπομαι. puto, ſpero.
Ε'εργαθον. abſcidi.
Ε'έργω. prohibeo, contineo.
Ε'έρση, pro ἕρση.ης.ἡ. ros. παρὰ τὸ ἔρσαι, τὸ ποτίσαι ποτίζει γὰρ τὰ φυτά.
Ε'ερσήεις.ήεντος.ὁ. roſcidus,pulcher.
Ε'έρτο pendebat.
Ε'έρχατο. cohibent.
Ε'έσατο. induit,ueſtiuit, ἠμφίεσε.
Ε'έστο. indutus erat, ſedere fecit. Ab ἕω, id eſt ἐνδύομαι, quod in præt. perfecto paſſ. ἧσμαι facit, & in pluſquamperf. ἥσμην uel ἑσμην,ἕσο, ἕστο, & pleonaſmo ipſius ε, ἐέστο.
Ε'ετῶς.facilè, εὐχερῶς,εὐκινήτως.
Ε'εύς. ἐῆος.ὁ.filius matris, bonus.
Ε'Ζη.Ionicè pro ἔζα. uiuebat.
Ε'ζημιωμένοι.ignominia notati, κατίκειζοι.
Ε'ζομαι ſedeo.Depon.abſol. καθέζομαι.
Ε'ζω.μ.έσω.ἀόρ.α.εἶσα. ſedere facio, loco, id eſt, (pono.
Ε'ζων. uiuebam,ita enim malunt quidam legendum eſſe, potius quàm ἔζην, Syneſius αὐθήσει γὰρ ἔζων, καὶ ὁ νοῦς ἀπῆν.
Ε'ζωσμένοι.οἱ. induti, accincti.
Ε'Ηκα ἀόρ.pro ἧκα. miſi.ab ἵημι.
Ε'ήνδανε.placuit, placebat.ab ἁνδάνω.
Ε'ῆος. ſui. hi uerò dicunt, boni, manſueti. Item proprij. uide Etym.
Ε'ῆσθα. eras. Ε'ῆσι.fuerunt.
Ε'ητής. ἀγαθότης, bonitas.

E Θ.

Ε'Θαγενής. indigena.
Ε'θάνιον. genus poculi.
Ε'θὰς.ἀδος.ὁ. aſſuetus, amicus.
Ε'θειρ.ρος.ἡ. &
Ε'θειρα.ας.ἡ. coma, capillus comptus. παρὰ τὸ ἔθος ἐπιμελείας ἀξιουμένη. uide Etym.
Ε'θειράζω.μ.άσω.π.ακα. &
Ε'θείρομαι. comam comptam habeo.
Ε'θείρω.ex conſuetudine curo capillos & comam. παρὰ τὸ ἔθος. Etym.
Ε'θελεχθρος.ȣ.ὁ. auidus exercendæ ſimultatis.
Ε'θελημος.ȣ.ὁ. uoluntarius.
Ε'θελήμως. promptè,uoluntariè.
Ε'θελοδουλία.ας.ἡ. uoluntaria ſeruitus.
Ε'θελόδουλος. ȣ.ὁ. uoluntarius ſeruus.
Ε'θελοθρησκεία.ας.ἡ. ſuperſtitio,uoluntarius cultus,cum quis fingit ſanctimoniam. Vnde ἐθελοθρησκεῖν.
Ε'θελοκακία. dicitur cum milites Imperatori infenſi, uincere nolunt.
Ε'θελόκακον.ȣ.τὸ.maleuolum.
Ε'θελοκακῶ. cõſulta ignauia fugio,non pleno conatu aliquid facio, ſed conſulto uires ſubmitto,ut uincar. Quod uerbum de militibus propriè dicitur.Herodianus, εἰωθότων ἀεὶ τῶν βαρβάρων ἐθελοκακεῖν,Cum Barbari ſoliti ſemper ſint quaſi ſponte cedere, Aliquando etiã ſignificat ſpontè deteriora conſectari & capeſſere. Lucian. εἰς αὐτῶν ὑπὸ ῥᾳθυμίας ἐθελοκακεῖ. Pauſ. etiam pro κακουργεῖν περὶ τῆς πόλεως. id eſt malè cogitare,& Reip.mala moliri, σκευωρεῖσθαι. Dicimus etiam ἐθελοκακεῖν τὴν δίκην,ἢ τὴν κατηγορίαν,præuaricari. Bud.Com.
Ε'θελοκάκως. de induſtria perperam,& ignauiter.
Ε'θελοκωφῶ.obaudio,non libenter audio.
Ε'θελοκωφῶν.ὁ. non uolens audire.
Ε'θελοντηδὸν,ἐθελοντὴν,& ἐθελοντὶ. uoluntarie, (ultrò.
Ε'θελοντήρ. ῆρος. &
Ε'θελοντής.ȣ.ὁ. &
Ε'θελοντός.ȣ.ὁ. &
Ε'θελούσιος.ȣ.ὁ. uoluntarius.
Ε'θελόπορνος. ȣ.ὁ. uoluntarius ganeo.
Ε'θελοπρόξενος.ȣ. uoluntarius hoſpes, qui ultrò, nõ iuſſus hoſpites excipit. πρόξενοι enim ſunt qui è Reipub.ad hoc munus adminiſtrandum ſunt deſtinati.
Ε'θελουργός. ȣ.ὁ.ſponte ſua faciens,laborãs libẽter.
Ε'θελουσίως. ultrò, libenter, ſpontè.
Ε'θελυμνός. denſus.
Ε'θέλω.θέλω.uolo.uide Etym.poſſum apũd Hipp. & Homer. οὐδ' ἔθελεν προρέειν, pro nequibat, annotatur à Galeno.
Ε'θεν. ſui.gent.ſingul.primitiuus ab hoc pronomine ἕ.

Ἔθη.τὰ. inſtituta prouinciæ Politiano interprete.
Ἐθίζομαι. aſſueſco, &
Ἐθίζω.μίσω,π. ικα. aſſuefacio, frango. Eſt unum ex uerbis quæ aſſumunt ι, & augmentum faciunt per ει diphtongum.
Ἔθιμος.ου.ὁ. conſuetus.
Ἐθιμοσύνη ης. ἡ. &
Ἐθισμός.οῦ.ὁ. conſuetudo.
Ἐθιστόν. aſſuetum.
Ἐθμή.ἡ. exhalatio, uapor.
Ἐθμός. uinculum.
Ἐθναρχία. ἡ. τετραρχία.
Ἐθνάρχης.ου.ὁ. gentis præfectus.
Ἐθνικός.οῦ.ὁ. gentilis, ethnicus.
Ἐθνιστής.οῦ.ὁ. gentilis, eiuſdem gentis.
Ἔθνος.εος.τὸ. gens, natio. Accipitur pro ordinẽ & ſocietate, & genere hominũ. Plato in Gorg. ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως ἢ τῇ πόλει σύλλογος, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους. Sic Cice. pro Mure. Quid ſi illa officioſiſsima natio candidatorum obuiã uenit. Bud. Com. Harpocr. dicit hanc uocem nonnunquã ſignificare non ſolum promiſcuam multitudinem, ſed etiam partem illam uiliorem & ſordidiorẽ, ac fecem improborum ciuium, quorum cenſu nec mercatores nec agricolæ habendi ſunt. Demoſth. ἀλλὰ θετταλία πῶς ἔχει, ἵνα μὴ μόνον τῆς πόλεις, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔθνη διαλύουσιν.
Ἔθος.εος.τὸ mos, conſuetudo, inſtitutum.
Ἐθόωσα. acui. ἀόριστος eſt, cuius primitiuũ non eſt in uſu.
Ἐθρίς.ὁ. ueruex, τομίας.
Ἔθω.π.εἴωθα. conſueſco, ex conſuetudine facio.
Ei ſi, utinam. Accipitur etiã pro διότι & ὅτι. Bud. Com.
Εἶ. eſt. ἀπὸ τοῦ ἔω βαρυτόνου. Etym.
Εἰ βούλει ἢ. aut ſi mauis, atq; adeò, imò uerò. Bud. Com.
Εἰ γὰρ etenim ſi.
Εἴγε. ſiquidem, utique, εἴπερ.
Εἰ γοῦν. ſi ſaltem.
Εἰ δ' ἄγε agedum, age pro ἄγε δή, κατ' ἔλλειψιν. Atticè. Bud. Com.
Εἰ δ' ἄρα, pro εἴπερ ἄρα dicitur. Bud. ibidem.
Εἰ δὲ μὴ. ſi minus, alioqui, quod niſi uerum eſt. Bud. ibidem.
Εἰ δὲ μήγε. idem.
Εἰ δήτω. ſicui.
Εἴθε. ſi, ſiquando, utinam.
Εἰ καί. quamuis.
Εἴκεν. utique.
Εἴκου. ſicubi.
Εἰ μή. ſinon, niſi, an non, quin.
Εἰ μόνον. ſi modo.
Εἴπερ. ſi certe, ſi, quandoquidem. Bud. Com.

Εἴπερ ἄρα. ſiquidem. Bud. ibidem.
Εἴπῃ. ſicubi, ſiqua, ſiquo.
Εἴποθεν. ſiquo ex loco.
Εἴποι. ſi aliquo.
Εἴπου. ſicubi.
Εἴπως. ſi qua ratione, ſi quomodo.
Εἰ σοὶ ἥδιον. ſi ita mauis.
Εἰ σοὶ φίλον. ſi moleſtum non eſt.
Εἴτε. ſiue. εἴτε ἀκούει, εἴτε μή; an audiuit, nec ne?
Εἶτι. num.
Εἶτ' ἐπὶ τούτοις. deinde.
Εἴτου. ſi cuius.
Εἴτῳ. ſi cui.
Εἰ ὤφελον. ô ſi, utinam.
Εἶα.ας. ἡ. herba gramen.
Εἶα. præteritum medium ab ἕω. eſt etiam aduerbiũ adhortantis. παρὰ τὸ ἴω τὸ πέμπω. Etym. Vide in prouerbio Eraſmi: Nihil eſt ab omni parte beatum.
Εἰαμενή.ῆς.ἡ. locus uliginoſus & herboſus, plantarium, ab ἕω, id eſt, produco, ὅπου συχνὴ ἀναδίδοται πόα, idem à ῥέω, quaſi ῥεαμενή. Euſt. Il. δ. τόπος σύμφυτος ἐκ φυτῶν ἀναδοτικός. Idẽ. Il. ο.
Εἰάν. ſi.
Εἰανός.ὁ. ἑανός, tenuis, amabilis, pſpicuus, peplũ.
Εἶαρ.εἴαρος τὸ. pro ἔαρ. æſtas, uer. Ab ἕω, id eſt ἐκπέμπω. τό τε γὰρ ἐκπέμπονται οἱ καρποί. Eſt etiã ſanguis. παρὰ τὸ εἴω τὸ πορεύομαι. uel quod in uere abundet, ab ἔαρ. Calimach. pro oleo dixit, τὸ λίπος interpretatur Nicand. interp.
Εἰαρινός.οῦ.ὁ. uernus.
Εἰαρίτης.ὁ. lapis hæmatites, ſic à quodam uocatur teſte Nicand. Schol.
Εἰαρόμαστος.ου. Vernantia habens ubera. Epigr.
Εἰαροπότης.ὁ. ſanguipota.
Εἴαρος.ου.ὁ. ueſtis.
Εἴασκον. ſinebam.
Εἵατο. ſedebat, ἐκάθητο.
Εἴβεσθαι. abiectione τοῦ λ pro λείβεσθαι. lachrymari, ſtillare. Aphæreſis conſonantium in principio, Ionum propria eſt inquit Ioan. Gram.
Εἴγμα.ατος.τὸ. imago, ſimilitudo.
Εἰδάλιμος.ου.ὁ. ſpecioſus, Item prudens, induſtrius. Euſt.
Εἰδάλλεται. apparet, uidetur.
Εἶδαρ.ατος.τὸ. eſca, pro ἔδαρ, ἔδεσμα, βρῶμα.
Εἴδαυλος. prudens, doctus.
Κελόνιον.inſtrumẽtum quo ex puteo hauritur aqua.
Κέλορον.ȣ.τὸ. intonſa ouis.
Κελός.niger.
Κέλσα.appuli, ad portum ueni, aſſumpſi.
Κελτοί.Galli, à Celto Herculis filio.
Κελύφανον.ȣ.τὸ. ſiliqua, cortex. Vide κέλυφος in Ammonio.
Κέλυφος.εος.τὸ. cortex exterior, teſta. Gaza in Ariſtotele putamen uertit, uide Ammonium.
Κέλω.iubeo.
Κέλωρ.ωρος.uox, eques, ſpado, filius.
Κέλως.uſtiuus.
Κεμάς.άδος.ἡ cerua, hinnulus, quaſi κοιμὰς, ἡ ἐξ κοιμωμένην ἐν τῷ σπηλαίῳ. & κεμμας, per reduplicationẽ τοῦ.μ.in Epigr. Plut. in cõmentario de cauſ. natural. ferarũ pullos ſeu catulos uocat κέμματα, quæ lectio ſi recta non άδος ſed ατος erit deſinens patrij caſus. Vide Aelianum.
Κεμπός.leuis, agilis.
Κέμφας.ἡ.cerua, pro κέμμας.
Κέμων.ὁ.unoculus.
Κέμφος.ὁ.fulica auis, quæ & κέπφος. Theodor. Gazæ,
Κεν.uide κέ.
Κεναγγεῖν.Hippocrat. pro ἀσιτεῖν li.3. de articulis dixit, quamuis κεναγγέειν pro euacuatione ſimpliciter alibi ponat.
Κεναγγία.ας.ἡ. uaſorum inanitas, pro inedia accipitur.

Κεναγορία ας. ἡ. uaniloquium.
Κέναυδρος. uir uanus, & futilis.
Κεναυχής. uana iactans.
Κένδυλα. ἡ. ſcalprũ excauandis lintribus aptum παρὰ τὸ κενοῦν τὴν ὕλην, ut equidem exiſtimo, in Epigram. Græco.
Κενέβρια τὰ. morticina, carnes præmortuæ. apũd Pollucẽ. lib. 6. legitur κενέβια, & rectius, quaſi uita orbatæ.
Κενεμβατέω. μ. ήσω. π. ηκα. per uacua uado, uana conor. Neut. abſol.
Κενεός, pro κενός. οῦ ὁ. uacuus.
Κενεαυχής. έος. ὁ ἡ. uana iactans.
Κενεών. ῶνος. ὁ λαγών. uenter, pars quæ eſt inter latera, quaſi κενὸς ὀστέων. ilia Gal. κενεῶνας eſſe dicit ieiunũ inteſtinũ, meſenterium & gracilia inteſtina.
Κενήριον. ου. τὸ. uacuum monumentum.
Κενοδοξία. ας. ἡ. inanis gloria.
Κενόδοξος. glorioſus, gloriæ auidus, inanem de ſe perſuaſionem habens.
Κενός. οῦ. ὁ. uacuus, deſertus, uanus. κενὰς χαρίζω χάριτας leuem inis gratiam.
Κενοσπουδία ας. ἡ. inane ſtudium, curioſitas circa res nihili.
Κενόσπουδος. ὁ. curioſus, leuicularum rerum ſtudioſus, inanium ſtudiorum plenus.
Κενοσπούδως. fruſtra.
Κενοτάφιον. imaginarium ſepulchrum, quale deſcribit Vergil. lib. 3. Aeneid. Suetonius honorarium tumulum appellat. Sic uocari poſſunt hodie quas repræſentationes in anniuerſarijs exequijs uocamus. Bud. in Annot.
Κενοταφός. de indocto dicitur.
Κενότης. ητος. ἡ. uacuitas.
Κενοτομία. ας. ἡ. rerum inuocatio, nouarum rerum ſtudium.
Κενοῦχος. crumena.
• Κενοφωνία. ας. ἡ. uocum inanitas, uaniloquium.
Κενόω. μ. ώσω. π. ωκα. euacuo, excauo. Accuſ.
Κένσαι. ſtimula, iube, crea.
Κενταυρίδια. αἱ. genus ornamenti muliebris.
Κενταυρικῶς. centauricẽ, immaniter, inciuiliter.
Κενταυρίσκος. agreſtis.
Κενταυρομαχία ας. ἡ. immanis pugna.
Κένταυροι. latrones. Κένταυρος, centaurus nauis apud Bayfium, & nomen ſideris Proclo.
Κεντέομαι. ſtimulor.
Κεντέω, uel κεντάω. μ. ήσω. π. ηκα. ſtimulo, pũgo. prius tamẽ dũtaxat in uſu eſſe cõtendit Thom Mag. exempla ex Sophocl. & Liban. adducens.
Κέντημα. damnum.
Κεντητήριον. ου. τὸ. ſuilla.
Κεντητικός. οῦ. ὁ. pungens, aculeatus.

Κεντητός. οῦ. ὁ. pungebundus.
Κεντίζω. μ. ίσω. π. ικα. κεντέω.
Κεντρήεις. εντος. ὁ. ἡ. aculeatus, aſper.
Κεντρηνεκής. έος. ὁ. ἡ uelox, tanquam ſtimulo percuſſus, equus centro obediens.
Κεντρίνα. ας. ἡ. dipſas ſerpẽs, διψάς. Nicander interpres.
Κεντρίνης. animal quoddam cum aculeo.
Κέντριον. ου. τὸ. boum ſtimulus.
Κεντρὶς. ίδος. ἡ. genus ſerpentis, dipſas.
Κέντρον. ου. τὸ. ſtimulus, tormentum. Gaza in Ariſtotele uertit aculeum, centrum, hoc eſt, punctũ in medio circuli. Aſtrologi cœli cuſpides, cardines & angelos κέντρα uocant.
Κεντρόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. habeo ſtimulum.
Κεντροτύπης. ου. ὁ. nequam, uafer, ſtimulator. auriga, uerbero, μαστιγίας.
Κέντρων. ωνος. ὁ. cento, ueſtis uerſicoloribus pannis conſuta. Vnde & pro uerſuto ponitur.
Κεντρωτοὶ κηφῆνες. οἱ. aculeati fuci, ut Gaza uertit in Ariſtotele.
Κέντωρ. ſtimulator, actor.
Κένωμα. ατος. τὸ. euacuatio.
Κενών. κενεών.
Κένωσις. εως. ἡ. uaniloquium, euacuatio.
Κέονται, pro κεῖνται. & κέοιτο, ὑπάρχοι.
Κέπφος. ου. ὁ. fulica, larus, auis leuis quæ facilẽ à uento impellitur. & translatẽ pro ſtulto ponitur. Gaza ex Ariſtotele fulicam conuertit. Vide prouerbium apud Eraſ. Cepphus parturit. uel potius ea auis quam ardeam Latini uocant
Κέρα. cornua, crines, arcus.
Κεραβάτης. locos excelſos, & uertices montium ſcandens.
Κέρα ἀγλαός. Paris Homero dicitur crinibus ſuperbiens, uel ut Ariſtot. expoſuit, ὁ αἰδοίῳ σεμνυνόμενος, nam & Archilochus κέρας pro pudendo expoſuit. Euſt.
Κεραία ας. ἡ. apex, nauis quam Syneſ. Epiſt. etiam τὸ κέρας appellauit. Item punctum, uirgula minuta. Vide Bayfium. Gaza in Ariſtotele uertit antennas, id eſt partem in malis ſuperiorem.
Κεραΐα. ας. ἡ. direptio, euerſio, apud Ariſtot.
Κεραΐζω. μ. ίσω. π. ικα. ſcindo, trucido, populor, diripio, φθείρω, κόπτω. ἀπὸ τῶν ζώων βλαπτόντων τοῖς κέρασιν. actiu. accuſ.
Κεραίνω. & Κεραίρω. miſceo.
Κεραΐς. ouis.
Κεραΐσης. cornutus, comatus, & genus ſerpẽtis. eſt & locus Mileti ubi Apollo cornua hirci cũ iuſdam fixerat. Etym.
Κεραΐτης. ἡ. fœnum Græcum.
Κεραμεικός. οῦ. ὁ. Ceramicus locus Athenis, in quo ſepeliebantur qui in bello perierant. Erat & alter in

ter in quo diuerſabantur meretrices. Item in quo certamina peragebantur.

Κεραμεῖον.ου.τὸ.figulina,uas teſtaceum.

Κεραμεὺς.figulinus.

Κεραμεὺς.έως.ὁ.figulus.

Κεραμεύω. male mereor de Republica, κατόρυχθομαι. Item figulinum exerceo apud Lucianū, & uaſcula compingo.

Κεράμια.omnia fictilia.

Κεραμικὴ μάστιξ.periphraſis eſt oſtraciſmi.

Κεράμιον.ου.τὸ.uas fictile,amphora,id eſt mēſura octo & quadraginta ſextariorū, authore Bud. de Aſſe.futem uertit Gaza.

Κέραμος.ου ὁ.tegula,dolium,urceus, carcer lingua Cypriorum. Eſt & Cariæ urbis proprium.

Κεραμωταὶ στέγαι. αἱ,tecta tegulis inſtrata opertaúe.Strab.13.

Κερανίζαι.urinari,κολυμβῆσαι.

Κεράννυμι.μ.κεράσω,uel κεράσω.π.κέκρακα.&

Κεραννύω.miſceo,tempero.

Κέραξ.capillus,arcus,membrum pudendum.

Κεραοξόος.ου.ὁ.poliens cornua,faber arcuarius.

Κεραός.ου.ὁ.cornutus.

Κεράρχης.ου.ὁ.alæ præfectus.

Κεραρχία.ας.ἡ. cornu præfectura, quæ triginta duobus imperauit. Vide in Appendice de uocab. militarib. in dictionibus, φαλαγγαρχία,& διφαλαγγία.Erratum autem uidetur in numeris,& hic & illic:qui uolet facile computabit ex præcedentibus illic:ubi etiā,cum Phalangarchiā author incertus interpretatur duas cerarchias,aut tetrarchias legendū eſt,aut præcedens locus corruptus eſt, aut cerarchia & tetrarchia idem ſignificabunt. Capit autē tetrarchia uiros bis mille quadraginta octo. Sed in his etiam ipſi authores Græci uariant.

Κέρας.ατος.τὸ.cornu,capillus, ut apud Hom. κέρᾳ ἀγλαέ,cum Paridem à capillo laudaret. Vnde ὀρθόκερως φρίκην, apud Sophocl. quæ capillum ſurrigit. Item poculum. nam ueteres cornibus pro poculis utebātur, quare Bacchum cornutum fingebant. Refertur quoque ad rem bellicam. unde εἰς κέρας καὶ ἐπὶ κέρως ἄγειν, cornua inſtruere. Et ἐπὶ κέρως προσιέναι,cum cornua protenduntur exercitu prȩcedente. Vide in κεραρχία.Sunt & uuluȩ partes quȩ Ariſtoteli κέρατα uocantur, Gaza transfert cornua. Item κέρας fluuius quilibet in Oceanū excurrens,quod eius ſit ueluti cornu,unde & corniferi amnes. Archilocho pudendū etiam ſignificat. Item ſyllogiſmus quidā perplexus & indiſſolubilis,cornutum uocant.

Κερασβόλος.ου.præfractus,intractabilis: à ſeminibus,quȩ prius quā in terrā cadant,ſi in cornua boum inciderint, duriora naſcūtur. Eraſ.Chil.

Κέρασμα.ατος.τὸ.mixtura.

Κεράσω.infundo.

Κεράστης.ου.ὁ.cornutus, & nomen ſerpentis apud Nicandrum & Aelianum.

Κερασφόρος.ου.ὁ.corniger.

Κεράχειλοι. labris incuruis.

Κεραταύλης.cornicen,cornu canens.

Κερατέα ἡ.ſiliquaſtrum.

Κερατίας.ου.ὁ.cometæ genus,cornus ſpeciē habēs

Κερατίζω.μ.ίσω.π.ικα.cornu uentilo, cornu peto,obarieto.

Κερατινός.οῦ.ὁ.corneus,cornutus. Et κερατινά, καὶ κερατίς.ἡ.oratio ambigua. Sunt tamen qui κερατινόν, ſyllogiſmum cornutum intepretantur. Laërtius in Zenone,numerat κερατίδας inter ſophiſticos ſyllogiſmos: meminit & Politian.in Miſcel.

Κεράτιον.ου.τὸ.ſiliqua.

Κερατίς.ἡ. Vide in κερατινός.

Κερατιστής.ου.cornupeta.

Κερατογλύφος. qui cornu expolit, excolitq; artifici ingenio ac ſculpit.

Κερατοειδὴς χιτών.oculi tunica cornea.Gal.

Κερατουργός.idem.

Κερατωνία.ſiliqua,aut ficus Aegyptia.

Κεραυνάω.μ.ήσω.π.ηκα.fulmino.Accuſ.

Κεραύνια.τά.Ceraunia,montes Epiri.

Κεραυνίας.ου.ὁ.fulmine ictus.

Κεραύνιος.Iupiter,attonitus,& ueſtis quædam, Iouis Ceraunij hymnus aſt apud Orpheum.

Κεραυνοβολεῖ.fulmen intorquet.

Κεραυνοβολία.ας.ἡ.fulminum iactus,

Κεραυνός.οῦ.ὁ.fulmen.παρὰ τὸ κεραΐζειν,& αὖειν,ἤγουν φθέγγειν καὶ καίειν.Fuit & cognomen Ptolemæi cuiuſdā ex prōptitudine,audaciáq;. κεραυνὸς ψολόεις dicitur fumidū & ardens fulmē ac denſius Hom. quod huc illuc peruagari ſolet.

Κεραυνοσκοπεῖον. alta machina in ſcena inſtar ſpeculæ,ex qua fulminum iactus exhibebant.

Κεραυνόω.μ.ώσω.π.ωκα. fulmino, fulmine percutio.Accuſ.

Κεράω.miſceo,uinum infundo. Ab antiquo uſu cornuum pro poculis.

Κέρβερος.ου.ὁ.Cerberus.

Κερβέριοι. Cimerij,imbecilles.

Κερβολῶ.conuicior,maledico,decipio.

Κερδαίνω.μ.ανῶ.π.γκα.lucror. παρὰ τὸ κέαρ ἰαίνειν,ὅ ἐστιν εὐφραίνειν.Neutr.

Κερδαλέη.ης.ἡ.uulpes.

Κερδαλέος.ου.ὁ.aſtutus,utilis,fraudulentus.

Κερδαλεόφρων.ον.ος.ὁ.ἡ.auarus.

Κερδάλη.uulpes.

Κερδαλέα τὰ. aſtutiæ uulpinæ.
Κερδεία. uafrities.
Κέρδιον. utilius, lucroſius, melius.
Κέρδιστος. ου. ὁ. utiliſſimus, aſtutiſſimus, prudentiſſimus, locupletiſſimus.
Κερδογαμεῖν. lucri cauſa uxorem ducere.
Κέρδιον. herba lanaria.
Κέρδος. εος. τὸ. lucrum aſtutia uulpina. σύνεσις, unde νηκερδὴς βουλὴ pro conſilio imprudente legitur.
Κερδοσύνη. ης. ἡ. aſtutia, decipiens aſtutia, & maximè fallens, uaframentum, aſtus.
Κερδύλλιον. ου. τὸ. lucellum.
Κερδώ. όος. ὁ. uulpes, forma diminuti. à κερδαλῆ.
Κερδῷος. ὁ. Mercurij nomen, tanquam lucri authoris, & conciliatoris, & cõpendiarij. Ad uerbum eſſet lucroſus, quæſtorius, quæſtuarius.
Κέρεα. exequiæ. forte legendum κτέρεα, ut infra.
Κερκαφίδαι. οἱ. uocabantur Rhodij à Cercapho, eam inſulam occupante.
Κέρθιος. ὁ. auis quædam Ariſtoteli, Gaza reddit certhiam.
Κέρκαξ. κος. accipiter.
Κερκέτης. ὁ. machina ferrea quæ de antemna ſuſpendebatur, cuius in nauali prælio uſus erat, ad demergendas hoſtileis naues, alio nomine δελφίς. Euſt. ex Pauſaniæ Lexico. Iliad φ. Item mõs eſt in Samo Ioniæ inſula, apud Nicãd. eſt & gubernaculũ nauis exiguũ, μικρὸν πηδάλιον.
Κερκίδιον. ου. τὸ. radiolus.
Κερκιδοποιϊκή. ῆς. ἡ. ars conficiendi radios textorios. Ariſtot. lib. 1. Polit.
Κερκίζω. μ. ίσω. π. ικα. texo cum radio. Neut.
Κερκιθαλλίς. erodius auis.
Κερκίς. ίδος. ἡ. radius textoris, & os minus brachij, nos etiam radium dicimus.
Κερκίων. ὁ. auis quædam Aeliano.
Κέρκνος. accipiter, aut gallus.
Κερκοπίθηκος. ου. ὁ. cercopithecus, ſimia caudata. Vide Aelianum.
Κέρκος. ου. ὁ. uaſis genus, ſicuti eſt tripus, ianua ænea, annulus oſtij. Ponitur & pro cuiuslibet animalis cauda, παρὰ τὸ σκαίρειν καὶ ἕρπειν hoc eſt à ſaliendo obrependoque. Ariſtophan. ἰδοὺ δέχου κέρκον λαγώ, Ecce (inquit) leporis caudam excipe. Quia uerò mollior, delicatiorque eſt animalis eius pilus, ſpongiæ loco utebãtur, purgandis præſertim, detergendisq; lippitudinibus. Inde fortaſſis natum eſt adagiũ in eum, qui nimis aſtutè ſubblanditur, ut nuncupetur cercus. Vnde Cic. ad Attic. li. 8. Domitius (inquit) ut audio, in Coſano eſt quidem, ut aiunt paratus ad nauigandum. Si in Hiſpaniam, non probo. ſi ad Cn. laudo. Quouis potius certe, quàm ut cercum uideat. Vbi Cæſarem intelligunt, qui mira uafritie graſſabatur, ut omnino arriperet principatum, arridebatq; omnibus, & præterquàm etiam dictaret ingenium, clementiam preferebat, iniurias aut diſſimulabat, aut leniſſimè caſtigabat. Plura Cæl. lib. 16. cap. 59. Gaza κέρκον ex Ariſtotele uertit caudam, & addit fœmininum articulum.
Κέρκουρος. genus nauis breuioris, lembus. Vide Bayſium.
Κερκοφόρα. quæ caudam habent.
Κερκώπη. ης. ἡ. cicadæ genus minimæ omnium, & mutæ, quæ & καλαμαῖος, teſte Euſt. Iliad. γ. Cæl. lib. 9. cap. 31.
Κερκωπίζω. laſciuio, adulor, χλευάζω, μωκίζω. Translatione à brutis ducta caudam motitantibus. Cæl. lib. 11. cap. 33. & Eraſ. Chil.
Κέρκωσις. ιος. ἡ. morbus muliebrium locorum, quũ ſcilicet caro adnaſcẽs totum pudendũ implet, & ad exteriora inſtar caudæ (unde etiã nomen habet) prominet.
Κέρκωψ. οπος. aſtutus, caudatus, & ſimiarum genus. Cyclopes quoq; Cercopes appellabantur. Vide adagium, Cercopum cœtus.
Κέρμα. ατος τὸ ſtips, moneta, fruſta minuta, minutiæ æris, λεπτὸν τὸ.
Κερματίζω. μ. ίσω. π. ικα. incido in fruſta minutiſſima, trucido. actiu. accuſ. iung.
Κερμάτιον. ου. τὸ. fruſtum, pecuniola.
Κερματιστής. οῦ. ὁ. numularius, qui maiores numos pro minutilis commutat.
Κέρνος. uas figulinum, ſacrificium Cybeles, στεφανίς, & κέρνα, ſecuris. Item myſticus crater cui lychnus imponunt. Nicand. ſchol. Pollux ἐσχαρίδα interpretatur.
Κερνοφόρον. ſaltationis genus, quod crateras manib. gerentes peragebant. Pollux & κερνοφόρον ſacerdotem matris deorum myſticos crateres geſtantem exponit Nicand. ſcholiaſt.
Κεροβάτης. ου. ὁ. epitheton Panos, quòd cornua geſtare fingatur.
Κερόεις, pro κερατόεις. cornutus, συμπλεκτικός.
Κεροπλάστης. ου. ὁ. pro eo qui exornat capillum, λεπτουργός.
Κερουλκός. οῦ. ὁ. cornibus trahens, & funis quidam nauticus, ὁ ἀπόγυιος.
Κερουτιάς. iactator ſuperbus, quaſi elatis cornibus, γαυρίας.
Κερουχίς. ίδος. ἡ. cornigera.
Κεροῦχος. ου. ὁ. cornutus, ceruchus.
Κερόωντο. miſcebant.
Κερτομέω. μ. ήσω. π. ηκα. conuicior, σκώπτω, ὑβρίζω, ἐρεθίζω, χλευάζω.
Κερτομία, ας. ἡ. probrũ, conuiciũ, irritatio, irriſio.

Κερτομίας.ȣ.ὁ.&

Κερτόμιος.ȣ.ὁ.mordax,irritatiuus.ὑβριστικός, ὀνειδιστικός,μιμητικός,εἰρωνευτικός.

Κέρτομος.ου.ὁ.iocabundus, mordax, ὁ κέαρ τέμνων,θυμοδακής.

Κερχναλαί.aſperitas gutturis,καὶ ὁ ἐν τῷ πνεύμονι ψόφος.

Κερχναλέος.ȣ.ὁ.aſper,aridus,ſiticuloſus,ſcaber, aſperitatem gutturis inducens.

Κερχνασμός.ὁ.faucium exaſperatio.

Κερχνέω.aſperum facio,ſculpo,cælo.

Κερχνηίς.ίδος ἡ. auis genus.

Κερχνόν.τὸ.apud Ionas milium dicitur pro κεγχρόν.Item gutturis aſpredo.

Κερχνώδεα βρώματα.τὰ.cibi qui exaſperãdo fauces tuſſim commouent,à κερχνόν.

Κέρχνωμα.ατος.τὸ.aſperitas, cælatura, κύκλωμα, γαλισμός, ὁ περὶ τὰς ἴτυς τῶν ἀσπίδων κόσμος,ποτήριον ἐπίχειλον.

Κερχνωτός.ȣ̃.ſignis aſper,cælatus,tornatus,uariegatus. πολύπαστος.

Κερχώδεις.οἱ.abſq;.ν.Hipp. dicũtur qui aſperam & obſcurã habẽt uocẽ,ex diuturno uitio natorum in pulmonibus crudorum tuberculorũ: uoce deducta à κέρχειν, quod rurſus trahitur à ſibilo,qui accidit quoties aut anguſtia quapiam reſpiratorijs meatib. aut humorum uis fuerit coacta.Gal.lib.3. de articul.

Κέσκετο.iacebat. Κεσκίον.ſtuppa.

Κεσσοχίτων ὁ.legitur apud Orpheum in libro de gemmis,in lapide proximo ante iaſpidem. forte legendum eſt κισσοχίτων.

Κεστός.ȣ̃.ὁ.acu pictus,ceſtus,hoc eſt cingulum Veneris,efficax ad illectamentum gratiarum,& amorum, quo illa dicitur Martem conciliare. Eraſ.prouerb.Ceſtum habet Veneris.

Κέστρα.ας.ἡ.ſtimulus,ſiue ſtylus,telum,defenſorium,malleus.Cæl.lib.14.cap.37.

Κέστρον.uinculum.genus teli.Cæl.ibid.

Κεστρεύς.έως.ὁ. mugil piſcis. Cæl. ibid. Gaza in Ariſtotele uertit mugilem.Vide in prouerbio apud Eraſmum. Ceſtreus ieiunat.meminit huius piſcis etiam Aelianus.

Κέστρινος.Larinus bos.Cæl.lib.3.cap.21.

Κέστρος.aſperitas linguæ,telum,prima ſeminum germinatio.

Κεστρωτόν.lignum graue,acutum & præuſtum.

Κευθάνω.uado.Neut.abſol.

Κευθμών.ῶνος.ὁ.latebra,latibulum,penetrale.

Κεύθομαι.uado.

Κεῦθος.ȣ.ὁ.profunditas.

Κεύθω.μ.ύσω.π.ευκα.occulto.

Κεφαλαία.ἡ.cephalæa,diu durans dolor capitis & uehemens.

Κεφαλαί.αἱ. tribus Atticæ,cuius in auibus meminit Ariſtoph.

Κεφάλαιον.ου.τὸ.caput. Transfertur autem uariè,quemadmodum apud Latinos. Aliquando enim ponitur pro ſumma,hoc eſt pro eo quod rem continet, ut κεφάλαιον τῶν εἰρημένων, ſumma ſupradictorum hæc eſt. Iſocrati, unde ἐν κεφαλαίῳ,uel ἐνὶ κεφαλαίῳ,uel κεφαλαίῳ, pro in ſumma, ad ſummam, ſummatim. Eraſ. in Chiliad.Item pro ſumma,id eſt ſorte uſurarũ.Aeſchin.ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. Quo ad ſummam ſoluerunt & ſortem, id eſt τὸ ἀρχαῖον. Aliquando pro firmamẽto & capite cauſæ ponitur,Gregor. Aliquando pro capite & uertice rerum,apud eundem, de quo Budæus Com.Accipitur etiam aliquando pro parte diuiſa,& initio, aut loco ſeparato, ſiue libri, ſiue epiſtolæ,ſiue id genus rei ſimilis, quod uulgò capitulum uocant.

Κεφαλαιοῦσθαι.in ſummam ſubduci,& colligi.Et actiuè pro in ſumma colligere. Plat. κεφαλαιωσώμεθα ὁρίζειν,ſummatim igitur definiamus. Bud.Com.

Κεφαλαιόω.μ.ώσω.π.ωκα.facio ſummam,offendo ſiue impingo in caput,in ſummam ſubduco & colligo.Bud.ibi.

Κεφαλαιώδης.εος.ὁ.ἡ.ſummarius,capitalis.

Κεφαλαιωδῶς.ſummatim.

Κεφαλαίωμα.τὸ.κεφάλαιον.

Κεφαλαλγός, ſiue κεφαλαλγόν.τὸ. faciens dolere caput.

Κεφαλαλγία.Atticè pro κεφαλαργία.ας.ἡ. capitis dolor.

Κεφαλαλγοῦσι.τοῖς.dolentibus caput.

Κεφαλή.ῆς.ἡ.caput,ſtatura corporis,tribus Acamantidis. Κεφαλὴ φάλαγγος,uide διχοτομία in Appendice de uocab.milit.

Κεφαλῆται.οἱ.lapides angulares.

Κεφαλικός.ȣ̃.ὁ.capitalis,& κεφαλικὰ uocantur à Græcis medicis, quæcunq; capitis affectibus ſunt utilia, ac etiam præſertim ea quæ uehementi illi capitis dolori cephalææ uocato conferre ſolent.

Κεφαλίνη. dicitur in lingua ea pars,cui guſtus potentia ineſt.

Κεφαλίς.ίδος.ὁ.caput.

Κεφαλισμός.apud Ariſtotel.dicitur ſimplicium numerorum uſq; ad decẽ multiplicatio. Vulgò menſam Pythagoræ uocant.

Κεφαλοβαρής.quid ſit,uide Ariſtotelem de Diuturnitate.

Κεφαλοδέσμιον.ȣ.&

Κεφαλόδεσμος.ȣ.frontale,ἄμπυξ.

Κεφαλοκρούστης. ȣ. ὁ. phalangij genus, quod &

κρανοκολάπτης, apud Nicand. ſcholiaſten.

Κεφαλόμακτρον. ου. τὸ. ſudarium.

Κέφαλος. ου. ὁ. cephalus piſcis è mugilum genere, Capito Theodoro interprete apud Ariſtotelem, quamuis pro cephalo interdum mugilē reddat apud eundem. Vide & Aelianum diuerſus eſt à cephalino piſce, quē blapſiam uocant.

Κεφαλοτομεῖν. decollare, καρατομεῖν.

Κέφυλος. ους. τὸ. κέλυφος.

Κέχανδα. ſum capax.

Κεχαρακωμένος. uallo munitus.

Κεχαριτωμένος. ὁ. gratioſus, aut unicè charus, quem gratuitò animi quodam fauore complectimur. Vnde Homerus Achillem ſic loquentem facit adamato ſuo Patroclo, ἐμῷ κεχαριτωμένῳ θυμῷ.

Κεχήλομαι. uinctus ſum.

Κεχηνός. τὸ. hiatus.

Κεχηνότες. ſtulti, hiantes.

Κεχμάζω. facio florere, floreo.

Κεχρημένος. ου. ὁ. mutuatus, indigens.

Κεχωρίδαται. diſcrepant.

Κέων. οντος. ὁ. dormiturus.

Κεώδας. locus profundus apud Athenienſeis, in quem conijci ſolebant noxij, & extremo ſupplicio afficiendi, barathrum. Vide καιάδας.

Κεώδης. redolens, odoratus.

Κέως. Cos inſula.

Κήας. αντος. ὁ. comburens.

Κῆβος. cebus. ut Gaza reddit in Ariſtotele, aliàs κῆπος, uide infrà.

Κηδάζω. purgo.

Κηδαίνω. curo, ſolicitus ſum.

Κῆδαρ. luctus. Significat & tenebras, tenebroſū σκοτεινόν. Etym.

Κηδεία. ας. ἡ. funus, affinitas, nuptiæ.

Κηδεῖος. ου. ὁ. adultus matrimonio, ſapiētia plenus

Κηδεμονικός. οῦ. ὁ. curioſus, ſalutaris, caſtigator.

Κηδεμών. ῶνος. ὁ. curator, procurator, affinis, cognatus, beneficus.

Κηδεός. οῦ. ὁ. curandus, ſepultura dignus.

Κηδέσκω. deſtruo. Accuſ.

Κηδέσης. Cedeſtes nomen proprium. Etym.

Κηδεστής. οῦ. ὁ. affinis, ſocer, gener. propriè dicitur pater nouæ nuptæ, & ipſe ſponſus, hoc eſt, cognatus, beneficus. apud Euripidem accipitur ꝑ fratre ſpōſæ, cum ita in Hecuba ait τοῦτον εὖ δρῶν ὄντα κηδεστὴν σέθεν. Nam dicit hoc de Polydoro fratre Caſſandræ quam Agamemnō alloquitur.

Κήδευμα. ατος. τὸ. affinitas.

Κηδεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. ſepelior, paſſiuè.

Κηδευόμενος. funeratus.

Κηδεύω. μ. εύσω. π. ευκα. iuſta facio, id eſt funus curo, affinis ſum, ad funus eo, præſum magiſtratui.

Κηδέω. triſtor, angor.

Κήδιος. ου. ὁ. ἡ. funeralis, κηδιαστροχός apū Aeſchyl.

Κήδιστος. ου. ὁ. ἔνδοξος. cura dignus, chariſſimus, ἀναγκαιότατος, familiariſſimus. Etym.

Κήδομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. curo, anxiè ſatago, adiuuo, magnifico, triſtor, curam de re aliqua capio, ſuſcipióue. Depon. genit.

Κῆδος. εος. τὸ. cura, dolor, affinitas, cognatio ex nuptijs. Etym.

Κηδόσυνος. ου. ὁ. diligens.

Κηδωλός. οῦ. anxius, curioſus.

Κηδῶ. μ. ήσω. π. ηκα. triſtifico, curo, torqueo, noceo. Actiu. accuſ.

Κηθάριον. cophinus, urna, in quam calculi conijciebantur.

Κηθεῖν. auxiliari, concurrere.

Κήθιον. τὸ. καθάριον. catinus, oxybaphū, fritillus.

Κηθός. οῦ. ὁ. auxiliator.

Κηκή. acies, acumen, ὀξύτης.

Κηκαγέω. conuicior, ſubſanno.

Κηκάς. οῦ. ὁ. cōuiciator, uulpes. Item malicioſus, prauus, maleficus. Etym.

Κηκάς. ἡ. conuicium, maledicentia. Etym.

Κηκασμός. conuicium.

Κηκείδης. ου. ὁ. quidam dithyramborum poëta uetuſtiſſimus.

Κηκάζω. conuicior.

Κήκιε. fluebat, ſaltabat, ſudabat, deſcendebat. ἐκ τοῦ κίω. Etym.

Κηκίς. ίδος. ἡ. galla, id eſt fructus quercus.

Κηλᾶ. τὰ. per ſinereſim à κήλημα τὰ θέλγματα.

Κηλάς. ἡ. nubes ſicca, dies hybernus, capra fronte calloſo ſigno notata, uulpes.

Κηλάστρα. ſcapha, uas paſtorale, celaſtrus arbor.

Κηλαίνω. demulceo, ægroto.

Κηλαῖος. &

Κηλεῖος. ου. ὁ. nocuus, cauſticus.

Κήλειος. ου. ὁ. combuſtiuus, calidus, clarus, habens uim & naturam abſumendi.

Κηλιστής. οῦ. deceptor, ſeductor.

Κηλόνις. idem.

Κηλαίνω. &

Κηλέω. μ. ήσω. π. ηκα. mulceo, delinio, afficio quauis re, perſuadeo, tabefacio. Accuſ.

Κήλη. ης. ἡ. cele, hernia, omnis in ſcroto tumor κήλη dicitur, teſte Galeno, Latinè ramex. Iuuenal. Iacet exiguus cum ramice neruus. Aelian. autem celam deſcribit.

Κηληθμός. οῦ. ὁ. oblectatio per quietem, uoluptas.

Κήληθμος. ου. ὁ. &

Κηλητής. οῦ. ὁ. demulſor.

Κήλημα. ατος. τὸ. error, ſeductio.

Κηλημός,ȣ.ὁ.lætitia,uoluptas.
Κήλησις.ιΘ.ἡ.mulcimentum.
Κηλητήριος.ȣ.ὁ.oblectatiuus.
Κηλητής.ȣ.ὁ.hernioſus.
Κηλήτωρ.demulſor.
Κήλητρον.oblectamentum,ſolamen.
Κήλιον.ȣ.τὸ.mentula.
Κηλιδωτός.ȣ.ὁ.ſordidatus.
Κηλίς.ίδος ἡ.macula,probrum,nota,ſqualor, ulcus,cicatrix.
Κῆλον.ȣ.τὸ.lignum,ſagitta.
Κηλόνειον.lignū,ſurſum & deorſum uergens. Vitruuio grus,ligne⁹ cyathus,lignea urna.Etym.
Κηλόω.μ.ώσω.π.ωκα.comburo, εὐχομαιθεῶ. Itē decipio,noceo,item ſubagito,futuo.Accuſ.
Κήλων.præceps in libidinem,Etymol.etiam pudendum interpretatur.
Κηλώνιον.ου.τὸ.celonium,id eſt grus,inſtrumentum quo aqua hauritur è puteis.
Κηλωτόν.ȣ.τὸ.lupanar apud Lycophronem.
Κημός.ȣ.ὁ.camus,fræni genus, cadus iudicialis, ſagena.Aeſchyl.allegorice pro uinculo poſuit. Eſt & ornamentum muliebre,& annuli genus, & Thracum lingua legumen quoddam. Item leuius reticuli genus in modū Xenoph. de re equeſtri.Χρὴ τὸν ἱπποκόμον καὶ τὸν κημὸν περιτιθέναι.& uerbum κημȣ̃ν frenum inijcere. Idē καὶ ἀεὶ δὲ ὅποι ἂν ἀχαλίνωτον ἄγοι, κημȣ̃ν δεῖ. ὁ γὰρ κημὸς ἀναπνεῖν μὲν ὂν κωλύει,δάκνειν δὲ οὐκ ἐᾷ.
Κημῶσαι.concludere,conniuere.apud medicos τὸν ὀφθαλμὸν μύσαι.
Κἤν.etſi, καὶ ἐάν.
Κήνυγμα.inanitas corporis,umbra,idolum.
Κήξ.κηκός.auis marina ſimilis hirundini, fulica, larus.
Κηπεία.cultus horti.
Κηπευτός.ȣ.ὁ hortenſis.
Κηπεύω.μ.εύσω.π.ευκα.excolo.Neut.abſol.
Κήπιον.ȣ.τὸ.κῆπος.apud Thucyd. tōſura quādā capillitij,κουρᾶς διάθεσις τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν, ſic Euſt.Erant autem duo tonſuræ genera σκάφιον & κῆπος autore Suida.
Κηποκόμας.ȣ.ὁ.apud Comicos dicitur qui cæſariem habet certo modo attonſam.Euſt.
Κῆπος.animal apud Aegyptios facie Satyro ſimile, cætera media inter canem & urſum forma. Strabo.Itē ciuitatis nomē apud Aeſchynē prope Boſphorum.
Κῆπος.ȣ.ὁ.hortus. Item tondendi genus ad frontis ornamentum.Eſt & animal Aeliano,& Ariſtoteli, quod aliàs κῆβΘ. ſignificat & figurate τὸ ἐπίσιον,hoc eſt,pudendum muliebre, teſte Euſt.Iliad.ι.unde μαινόκηπος pruriginoſa mulier.Aelius Dionyſ,κῆπον etiam interpretatur καλλωπισμὸν τῆς κόμης.
Κηποτύραννος.ὁ.cognomen Apollodori philoſophi apud Laërtium lib.10.
Κήπτος.fulmen malim σκηπτός.
Κηπȣρικός.ȣ.ὁ.hortulani res.
Κηπȣρός.ȣ.ὁ.hortulanus.
Κηπωρός.ὁ.idem.
Κήρ.ρός.ἡ oxyt.parca,mors,ſors.Cyrill.
Κῆρ,pro κέαρ.ρός.τὸ.circūflex.cor,anima. Cyril.
Κηραίνω.μ.ανῶ.π.γκα.morior,curo,corrumpo, grauiter iraſcor.Neut.abſol.
Κηραμύντης.ȣ.ὁ.apud Lycoph.uindex & propulſor mortis,compoſita dictione ἀπὸ τοῦ κῆρας ἀμύνειν.ἀλεξίμορος.Euſt.
Κηρεσιφόρητος.ȣ ὁ.à parca agitatus.
Κηρέσιος.fatalis,calamitoſus.
Κηριάζειν.fauare,id eſt fauos conficere, ut Gaza uertit in Ariſtot.
Κηρεῖαι.faſciæ ſepulchrales,exequiæ.
Κήρινθος.ἡ.cerago ſiue cereis, ut Gaza uertit in Ariſtotele, mellificium, ulcus.
Κηρίνη.flagellum quoddam.
Κήρινος.ȣ.ὁ cereus.
Κηρίον.ȣ.τὸ.fauus apud Ariſtot.candela cerea,placēta.Eſt etiā genus ulceris, à faui ſimilitudine, quod caput potiſſimum infeſtat ſimile achori niſi quod in hoc ex anguſtioribus foraminib. manat ſanies tenax minimeq; aquoſa nec craſſa ut mel.in κηρίῳ uero ſanies melli ſimilis & laxioribus foraminibus continetur. (Il.ε.
Κηριονδέος.exanimis pauor, ἀψυχοποιόν. Euſt.
Κηριοποιά.τά.fauos conficientia.
Κηριοῦσθαι.terreri.
Κηρίπτω.fulcio.
Κηριτρεφής.έος.ὁ.ἡ.fato deſtinat⁹, mortalis,apud Heſiod.
Κηρίφατος.fato decedens,morbo defunctus.
Κηριωθῆναι.uertigine capi.
Κηρόθι.ex animo,ἐγκάρδιον.
Κηροπήγιον.ȣ.τὸ.candelabrum.
Κηροπλάστης.ȣ.ὁ.qui cerā tractat.Itē comę ſtudioſus,καλλωπιστής,apud Archilochum,teſte Plutarch.à κέρας quod comam notat.
Κῆρος.ȣ.ὁ.fluuius Armeniæ,penanflexum.Cyril.
Κηρός.ȣ.ὁ.cera,candela,oxyton.
Κηρȣλκός.ad fatum id eſt, mortem pertrahens.
Κηρύβια.τα.reijculamēta fabarum,τὰ ἀποβράσματα τῶν κυάμων.
Κήρυγμα.ατος τὸ.præconium,prædicatio.
Κηρύκεια.ας.ἡ.legatio,præmium quod datur præconi,aut quippiā nūtianti,aut uendenti. Bud. in Annot.Eſt quoq; κηρύκειον nomē proprium collis Epheſi.ex quo Hercules ad populū retulit Dianæ ortum.
Κηρυκεῖον.τὸ.caduceus.

Κηρυκεύω.

Κηρυκεύω. μ. εύσω. π. ευκα. officium præconis exerceo,

Κηρυκίνη. κηρυκεῖον.

Κήρυλος. ȣ. ὁ. halcyonum maſculus, auis cæruleus, ut Gaza uertit in Ariſtot. meminit & Aelianus.

Κήρυξ. κος. ἡ. caduceator, fœcialis, præco, buccinæ ſpecies. ἐκ τȣ͂ γαρύειν ἤτοι φωνεῖν. Item teſta, intectorium, Gaza in Ariſtotele uertit buccinam, & eſt ex genere intectorium teſta. Nazianzenus. τὰ κύματα ταῖς γείτοσι πέτραις προσαρτῶντα καὶ ἀποκρȣόμενα. εἰς ἄχνην ἀφρώδη καὶ ὕψηλην ἐσκορπίζετο ἔνθα κάλλυκες μὲν καὶ φυκία καὶ κήρυκες καὶ τῶν ὀστρέων τὰ ἐλαφρότατα ἠρωθεῖτο.

Κηρύσσω. &

Κηρύττω. μ. ύξω. π. υχα. prędico, declaro, id eſt pronuncio. Et eſt (inquit Eraſ.) propriè preconũ, & publicitus apud populum ſua uoce aliquid promulgantium. Item precibus collaudo, inuoco, imploro. Κηρύττω τὰ ὄντα, auctionē bonorum facio, auctionor, proſcribo auctionem bonorũ, ſub præcone uendo. Bud. Com. Ammon. diſtinguit ab ἀνακηρύξαι, & ἀποκηρύξαι.

Κήρωμα. ατος. τὸ. tabula cerata in quam antiqui ſcribebant. Item oleum quo ſeſe perungunt athletæ, adhibito quodam terræ genere, ad robur adijciendum membris, quod & Latini ceroma uocant. Plinius pro loco uſurpauit, in quo certabatur. eſt autem unguentum ſiccum, ut ὑγρόμυρον, liquidum.

Κήρωσις. cera.

Κήρωτον. τὸ. cerotum ſeu ceratũ, emplaſtri genus.

Κῆτα. nepita.

Κήτειον. ȣ τὸ. herba quædam, recens cæpa.

Κητήνη. ἡ. nauigium grande, uel à forma ceti, uel à magnitudine dictum.

Κῆτος. &.

Κητόεις. όεντος. ὁ. immenſus, cetaceus.

Κῆτος. εος. τὸ. cetus, id eſt balena, apud Ariſtotel. & Aelianuũ. Itē ſideris nomen Proclo de ſphæra.

Κητώδης. εος. ὁ. ἡ. magnus.

Κητώεσσα. Lacedæmonis epitheton, uel ob magnitudinem, uel quod uicinum mare plurima cete nutriat, alij καιετάεσσα legunt.

Κητῷος. ου. ὁ. cetaceus. deductum à κῆτος, id eſt, cetus.

Κῆφα. Dorice pro καὶ ἔφη, & dixit.

Κηφεύς. ὁ. nomen propriũ, & ſidus apud Proclũ.

Κηφὴν. ῆνος. ὁ. fucus qui inter apes degit. id eſt, ueſpa ſterilis, Aelian. & Ariſtotel. qui & κεντρωτοὺς κηφῆνας. id eſt, aculeatos fucos quoſdam nominat.

Κηφηνώδης. inflatus, ſedatus.

Κηφόν. argentum.

Κῆχος, pro πȣ͂. ubi.

Κηχάω. fœnero.

Κηώδης. εος. ὁ. ἡ. redolens.

Κηώεις. όεντος. ὁ. uaporatus, odoratus.

Κία. ἡ. ebrietas.

Κιαθίς. ἡ. meretrix, ebrioſa. (tym.

Κιαννίς. ager Cij urbis, terra ꝓxima Cio. E-

Κιανός. Cianus, nomen gentile. Etym.

Κίβαλος. prædo, latro.

Κιβδήλευμα. ατος. τὸ. fucatio.

Κιβδηλεύω. μ. εύσω. π. ευκα. corrũpo, fuco im poſturam facio. Eraſ. in Chiliad.

Κιβδηλία. ας. ἡ. inſynceritas, corruptela, impoſtura, fucus. Eraſ. in Chiliad.

Κιβδηλιᾷν. pallere uitio morbi, aut ſceleris alicuius conſcientia.

Κίβδηλις ιος. ἡ. rubigo in metallis, excrementa metallorum, quod σκωρίαν uocant.

Κίβδηλος. ου. ὁ. adulteratus, ſubæratus, adulterinus, propriè de numis. Eraſ. Chil.

Κίβδης. improbus, lutum.

Κίβιξ. κος. ὁ. auarus.

Κίβισις. arca, ſiue pera.

Κιβος. τȣ͂. capſula, ſtultus, cibus.

Κίβρος. ȣ. ὁ. latro.

Κιβώριον. ȣ. τὸ. planta quæ producit fabam quam uocant Aegyptiam, & radicem Colocaſiam, è cuius frondibus poculum fiebat. Euſt. Ilia. ν. apud Strab. poculi genus eſt.

Κιβωτός. arca, ciſta. Vnde κιβώτιον diminutiuũ. Ammonius diſtinguit à κίσι. propriè ex aſſeribus & tabulis, κίσιν uero ex uiminibus cōtexta.

Κιγκλίζειν. τὸ κινεῖν τὴν ὀσφύν. commouere & ob ſtrepere. à κίγκλος. Eraſ. Chil. ut enim à γνῶ γίγνω ita à κλῶ fit κίκλω & κιγκλίζω inquit Corin.

Κιγκλὶς. ίδος. ἡ. carcer, cancelli fori, quibus à iudice populus arcebatur. Cancellotam uocant. Cæl. lib. 15. cap. 10. Ponitur & pro ualua, ſera, ſiue clauis foramine. (Hipp.

Κιγκλισμός. tumult⁹, breuis ſed aſſidu⁹ motus.

Κίγκλος. ȣ. ὁ. cingulus, auis, cuius cauda cōtinuò mouetur, adeo infirma, ut ne nidum quidē ſibi parare poſſit, ſed in alieno pariat. Vnde

Κιγκλός. ȣ. ὁ. mendicus. Eraſ Chiliad. Cincli auis meminit Aelianus, & Ariſtoteles, quanquam apud hunc κίγχλος legatur per χ non per κ, & Gaza reddit cinchlum.

Κιγχάνω. aſſequor.

Κιγχλισμός. ȣ. ὁ. cachinnus, immodeſtus riſus.

Κίγχλος. uide κόγκλος.

Κίδαρις. Corybantum ligamen capitis, indumentum capitis Perſicum, pileus regius apud Perſas. uide Bayſium. aliàs κίταρις.

Κιδαφεύειν. decipere. Inferius legitur etiam κιναφεύειν

νεφέλην.neſcio quàm rectè.
Κιδάφιον, uel κίδαφον. improbus, doloſus. uulpes, κίναδος.
Κίδναμαι.diſpergo.
Κίδνη.hordeum toſtum.
Κιδνός.imbecillis.
Κίδες.οἱ.caries,& frugum uermes.uide κίς.
Κιθάρα. ας.cithara. Vide Ammonium.
Κιθαραοιδότατος.citharæ peritiſſimus.
Κιθαρίζομαι.τὸ ἀκροῶμαι κιθαριζόντας.Bud.Cō.
Κιθαρίζω.μ.ίσω.π.ικα.cithara cano.Neutr.
Κίθαρις.ιος.ὁ.Citharea Venus, lyra. Ammonius diſtinguit à κιθάρα.
Κιθαριστήριοι.tibiæ quædam.
Κιθαριστής.οῦ.ὁ. cithariſta. λυρῳδός. lege κίθαρις in Ammonio.Aeſchin.κατὰ τιμάρ.περὶ αὐτὸν εἶχε κιθαριστὰς καὶ κιθαρῳδούς. Moſchop. dicit κιθαριστὰς uocari qui citharam pulſant tātum, κιθαρῳδοὺς uero qui & pulſant ſimul & cantāt.
Κίθαρος.fidicula piſcis ut Gaza uertit in Ariſtotele.meminit & Aelian,pectus,latus,thorax.Item fruticis genus apud Dioſcor, qui alio nomine κίδος.
Κιθαρῳδός.οῦ.ὁ. citharœdus. Vide κίθαρις in Ammonio.
Κίθυρις.κίθαρις.
Κίθων,ῶνος.ὁ.tunica pro χιτών,ut κύθρα pro χύτρα Ionice.Euſt.ex Herodoto.
Κίκιννος.ου.ὁ.cincinnus,capillorum cirrus.
Κίκις.ιος.ἡ.potentia.
Κικκαβάν.noctuarum uox,& κικκαβὰ, noctua.
Κικλήσκω.uoco.accuſ.
Κικλησμός.οῦ.ὁ.riſus lego κιγκλισμός.
Κικυμώττειν.cæcutire.
Κίκυς.ὁ firmus,potens,uis.δύναμις.
Κικύω.accelero.
Κιλικίζεσθαι. improbū eſſe, à Cilicibus populis, de quibus etiam prouerbium extat,Cilix haud facile uerum dicit.
Κιλίκιος.ὁ.acerbus,hirſutus: ut κιλίκιοι τράγοι, hirci denſo uellere & frequentibus pilis. Hinc κιλίκια dicuntur quæcunque ex pilis cōfecta conſtant,cilicia.
Κιλικισμός.οῦ.ὁ.cædes
Κίλλα.ſoror Hecubæ.oppidulum Troadis.
Κιλλακτήρ. &
Κιλληκτήρ..Dorice,agaſo,κυνηγός,Eraſ.Chil,ſed apud Eraſ.legitur per iota in penultima: mihi magis placet per alpha uel ἦτα,ut ab ἄγω deducatur: nam & κίλλος Dorice aſinum ſignificat, & Dores ἦτα in alpha mutant.
Κιλλίβας.baſis menſæ,menſa tripes. Itē καλλίβαντες.inſtrumēta trium pedum, quibus in bello ſcuta imponebant fatigati.Cal.lib.5.cap.15.

Κιλλικύριοι, uel καλλικύριοι.οἱ. exulum ſerui,qui cum agros colerent,mox in tantam multitudinem excreuerunt,ut dominos ſuos eiecerint. Cæl.lib.13.cap.48. Vide ſupra καλλικύριοι.
Κίλλιξ.urna,bos alterū cornu cōtortum habens.
Κίλλος.Doricè.aſinus.hinc κιλληκτήρ. & cicada apud Cyprios.
Κιμβάζω.milito,στρατεύομαι.
Κιμβεύω.eo,iter facio.
Κιμβηκία.fraudulentia.
Κιμβεία.ας.ἡ.auaritia.
Κίμβικα.ueſpa,aluearia.
Κίμβικον.τὸ.parſimonia, apicula. Eraſ. prouerb. Cumini ſector.Vnde
Κίμβιξ.ικος.ὁ.nimis parcus,ſordidus,ῥυπαρός.ἀπὸ τοῦ κιβδήλου χρυσίου.Cæl.li. 8. cap.46.Bud.Cō.
Κιμερίς.ἡ.ſpecies glandiferæ arboris.
Κιμμέριοι.οἱ.populi.Vide in Chiliad.Eraſmi.
Κιμμερίς.ἡ.Cybele mater Deorum.
Κιμιλισμός.breuis & continuus motus.
Κιμωλία.ας.ἡ.alba creta,qua fullones utuntur.
Κινάβαρι.εως.τὸ.cinabary,coloris genus.
Κινάβευμα.ατος.τὸ. exemplar ad quod imago effingitur.
Κίναβρα.cibus caninus,cinabra: hoc eſt,fœtor caprarum ſiue hircorum, odor ſub alis uiroſus.
Κιναβρᾶν.hirciſſans. Luciano.
Κίναδος.ου.ὁ. uulpes, bellua aſtutiſſima, uafer. Cæl.lib.10.cap.41.κίδαφος.Sophoclis ſchol.
Κινάθισμα.τὸ. fragor & ſtrepitus multitudinis. κινάθισμα οἰωνῶν apud Aeſchilū, motus ſtrepitusq; auium confertim uolantium.
Κιναιδία.impudicitia.
Κιναίδιον.τὸ.motacilla auicula,à perpetua caudæ ſuccuſſatione dicta. (ῥέμμον.
Κιναιδολόγος.ου.turpiloquus κυνολέσχης.αἰσχρός
Κίναιδος.ου.ὁ.cinædus ὁ. ἀσελγὴς καὶ μίμος καὶ ὀρχηστὴς ἀναιδέστατος.quod Nonius Marc.quoque confirmat cum inquit:Cinædi dicti ſunt apud ueteres ſaltatores & mimi,dicitur enim κίναιδος ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα.κίναδος.τὸ neutr. gen.dicitur inuerecundum & impudens. Demoſth.περὶ στεφάνου.τὸ δὲ κατὰ φύσιν κίναδος τἀνθρώπιον ἐστι.Vide in Chil. Eraſmi.Cinædo mollior,apud Gal.eſt auiculæ genus, quæ alio nomine σισοπυγίς,& motacilla Latinè.Itē piſcis genus luteo colore,
Κινάμωμον.ου.τὸ.cinamomum.
Κινάμωμος.ὁ.cinamomus, auis in Arabia Aeliano & Ariſtoteli.
Κινάνδρα.ἡ.uulpes.
Κινάρα.ας.ἡ.cinara,carduus qui in pappos abit.
Κιναρύζομαι.ploro,cum ſingultu moueo.malim κινυρίζομαι.

Κιναύρα.

Κιναύρα. ας. ἡ. cinabra, hoc eſt, hircorum fœtor, frigus matutinum.

Κιναυράω. fœteo. Neut. abſol.

Κιναφεύω. decipio, πανουργεύομαι. malim. κιδαφεύω, ut ſuprà.

Κίνδα. ἡ. meretrix, turpitudo.

Κινδαλισμός. ludi genus. Polluci. lib. 8. & Cæl. li. 15. cap. 10.

Κινδαλοπαίκτης. ου. ὁ. qui ludit paxillo.

Κίνδαλος. ου. ὁ. paxillus unde κινδαλισμός.

Κίνδαξ. agilis, facile mobilis.

Κινδάφη. uulpes.

Κινδαψός. ου. muſici inſtrumenti genus, ὄργανον κιθαριστήριον.

Κινδύνευμα. ου. τὸ. periculum.

Κινδυνεύω. μ. εύσω. π. ευκα. periclitor, experior Datiuo, ut κινδυνεύω τούτω τῷ πράγματι, hac re periclitor. Item poſſum probare ex præcedentibus, id eſt, neceſſariò ſequitur, uel cõcluditur, proximè & ferè facio. Eſt etiam τὸ ἐγγίζω & uideor. Syneſ. καὶ κινδυνεύουσι πείθειν τινὰς, Iam prope in eo eſt, ut quoſdam in opinionẽ adduxerint. Vnde & κινδυνεύει imperſonaliter ponitur pro eo, quod eſt, propemodum dixerim. Plato, κινδυνεύει ἡμῖν δεήσειν, &c. id eſt fortaſſe autem. Significat etiam reus ſum, in reatu ſum & ſordibus, cauſam dico. Quemadmodum Latinis quoq; periculũ reatus & ſordes dicuntur. Quin & κινδυνεύομαι dicitur, ut κινδυνεύω, non tamen eadem ſignificatione Demoſth. Ἐμοῖς τῶν ὅλων τι κινδυνεύεται τῇ πόλει, Cum ab aliquo periculum impendet, quæ ad ſummam rerum pertinent. Dicitur etiam quod cum periculo probatur aut ſuſcipitur. Thucyd. οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν κινδυνεύεται ἢν τι πταίσωσι, Quos manet in contrarium mutatio, quibus imminet mutationis periculum. Bud. Com.

Κίνδυνος. ου. ὁ. periculum, ut κίνδυνον ποιοῦμαι, periclitor, cum periculo tẽto & aggredior. παρὰ τὸ κινεῖν εἰς ὀδύνην κίνδυνος. dicitur. Etym.

Κινδυνώδης. ε͂ος. ὁ. ἡ. periculoſus.

Κινέω. μ. ήσω. π. ηκα. moueo, κινεῖν τ' ἄλλω afferre motum alicui Cic. interp. & κινεῖσθαι, ἔξωθεν pulſu uel motu agitari externo. actiu. accuſ.

Κινηθμός. ου. ὁ. &

Κίνημα. ατος. τὸ. motus.

Κινήματα. τά. uibramenta.

Κινησίας. ου. ὁ. pyrrichius pes apud grãmat. dict⁹ à citatione, fertur enim breuibus ſyllabis. Item poëtę dithyrãbici nomẽ, qui pyrrichię cõditor fuit, unde & pedẽ illum ab eo cognominatum putant nonnulli.

Κίνησις. εως. ἡ. motus, commotio, mutatio loci, Ammonius. uide Ariſtotelem ſtatim poſt Prædicamenta, & in Phyſicis.

Κινητήριον. ου. τὸ. incitamentum.

Κινητής. ου. ὁ. motor.

Κινητικός. ου. ὁ. excitatiuus.

Κινητός. ου. ὁ. mobilis.

Κινηθρόν. τὸ. tinctorum baculus quo pannum tingendum immergunt apud Pollucem.

Κινιφος. ου. ὁ. uariegatus.

Κινάβαρις. cinabaris herba, color coccinus. inferius ſcribitur per y pſilon in prima ſyllaba, quod non placet.

Κινάβρευμα. purgamentum fœtens.

Κιννάβαρι. τὸ. minij genus cinnabari. Euſt. Bœot.

Κίνναβος. imago & exemplum quod pictores ſibi proponunt.

Κινύρης. equus improbus.

Κίνυγμα. idolum.

Κίνυμι. moueo, agito. Actiu. accuſ.

Κινύρα. ας. ἡ. inſtrumentum muſicum, cithara. ἀλλὰ τοι κινεῖν τὰ νεῦρα.

Κινύρεσθαι. conqueri, cantillare.

Κινυρός. οῦ. ὁ. querulus.

Κινώπετον. ου. τὸ. ὄρνεον.

Κινώπετα. τά. reptilia, culices, quaſi ἐν τῷ πέδῳ κινούμενα. (cand.

Κινωπισταί. οἱ. reptilia omnis generis, angues. Ni

Κιονίς. ίδος. ἡ. uua, morbus in gutture, colũnella.

Κιονόκρανον. τὸ. ſummitas columnæ.

Κιξάλης. ου. ὁ. fur, ἀλαζών. κίξιος. ὁ. cicada,

Κίος. ἡ. urbs Myſiæ, à Cio duce dicta. uide Etym.

Κίρκος. ου. ὁ. circus, genus accipitris, apud Ariſtot. Gaza Græcam uocem relinquit omne incuruũ. Eſt & ſpecies lupi Oppiano de Venatione.

Κιρκόω. ferreo annulo, aut uinculo quopiam in orbẽ circundo & adſtringo. Aeſchylus Prom. σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ.

Κιρνάω. μ. ήσω. π. ηκα. miſceo, tempero, infundo uinum. Actiu. accuſ. hinc. Cirnea apud Plautũ in Amph. uas uinariũ, à temperãdo in eo uino.

Κίρνων. miſcebant.

Κίῤῥα. ας. ἡ. Cirrha urbs, paroxyt. Cyrill.

Κιῤῥά. ᾶς. ἡ. ignea, oxyton. Cyrill.

Κιῤῥός. ὁ. giluus, citrinus, fuluus. Marcel. Virgil. contendit potius uermiculum ſignificare, quẽ conſule lib. 5. Dioſcor.

Κιρσοειδής. uarici ſimilis circumuolutio in qua ſanguis generando ſpermati idoneus & ſpiritus generatur, κιρσοειδεῖς παραστάται, qui à teſticulis explantãtur & ἀδενοειδεῖς Heroph. dicuntur οἱ παραστάται πόροι.

Κιρσοκήλη. ἡ. uaricoſus ramex.

Κιρσός. οῦ. ὁ. uarices & tumor pedum, qui & κρίξος dicitur, dilatatio uenarũ, circa tempora aut

uentris

uentris imam partem ac nonnunquam circa teſtes, uocaturq; ἰξία ſecundum alios.

Κίζων. ineptus ad Venerem.

Κισθός. ὁ. ciſthus herba.

Κίς. ιος. ὁ. uermis q in ligno & frumẽto naſcitur. Vide κὶς ſupra & κισσηρίς, & ἴπις in Ammon.

Κίσσα. ης. ἡ. pica auis. uide κίττα Atticum.

Κισσαμις. κῶς. nomen uiri, uide in Chiliad. Eraſ.

Κισσάνθεμον. ου. ὁ. herba quam uocant rapum terræ.

Κίσσαρος. idem quod κισσός. hedera.

Κισσάω. μ. ήσω. π. ηκα. deſidero, concupio, laſciuius concupiſco. Accuſ. Vnde illud in Pſal. ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου.

Κισσηρὶς. ίδος. ἡ. pumex, lapis fiſtuloſus quaſi foraminibus multis perforatus, ſic dictus græcè à ſimilitudine uermis quę κὶς dicitur. Sic enim hordeo & tritico cum referbuerunt naſcentes, ſemina illa cuſpide ſua exiguis foraminibus terebrare ſolet.

Κισσηρώδης. εος. ὁ. ἡ. pumicoſus.

Κισσινοβαφής. εος. ὁ. ἡ. hederaceo colore tinctus.

Κισσινός. οῦ. ὁ. hederaceus.

Κισσοκόμης. ου. ὁ. hedera redimitus. Hom.

Κισσός. οῦ. ὁ. hedera.

Κισσοστέφανος. hedera coronatus, habens caput hedera redimitum, epitheton. Bacchi.

Κισσοφόρος. hederam gerens. Dionyſ.

Κισσύβιον. ου. τὸ. uas paſtorale, quod & κιβίσσιον dicitur, fortè, ἀπὸ τοῦ κισσοῦ, hoc eſt ab hedera, ex qua fiunt pocula.

Κίστη. ης. ἡ. & κιστὶς ίδος. ἡ. ciſta, arca, ſcrinium. Vide κιβωτὸς in Ammonio.

Κίστος. ciſtus, nomen fruticis.

Κιστοφόροι. οἱ. numiſmatis genus, in quo imago cuiuſdam ciſtam ferentis procudebatur.

Κίταρις. ιος. ὁ. citaris, ornatus capitis, κίδαρις.

Κίτριον. ου. τὸ. cedrus, citrus. (Bayfius.

Κίττα. ης. ἡ. pica, morbus mulierum prægnantiũ, uarius & abſurdus ciborum appetitus, ubi canum more aut nihil omnino, aut malos appetunt cibos, id quod cõtingere ſolent ſecundo aut tertio à cõceptu mẽſe, quòd organum appetentis ſit læſum, id eſt, os uentriculi: infanti non ſuppetente ui ad alimenti conſumptionẽ. Dicitur & κίττησις. Cælius lib. 3. cap. 15. & lib. 14. cap. 1. De pica aue lege Ariſtotel. Aelianum, & Oppinianum in Ixeuticis.

Κιτταβίζειν. picarum uoce ſonare.

Κιττᾶν. picare, ut Gaza uertit ex Ariſtotele. Item uehementer deſidero & appeto Ariſtoph. Veſpis, οὕτω κιττῶ διὰ τῶν σανίδων. Item expeto tanquam bonum. Idem in pace. οἱ κιττῶντες εἰρήνης.

Κίτταρα. τά. nucamenta, callo ſquamatim compactilia. uide κύτταρος per υ. ſic enim ſcribendum eſt.

Κίτταρις. diadema capitis. malim per ſimplex τ. uel δ. ut ſuperius.

Κίτταρος. apud Ariſtot. Gaza uertit nucamẽtum, cuiuſmodi in nucibus pineis ſpectatur. Ruellius panniculum interpretatur.

Κιττοφόρος. picam ferens ad myſteria Bacchi peragenda, uidelicet, quòd infirmi facere ſolent. Hinc dictum inuenitur in hominem utilẽ & deſpicatum, ut de Aeſchine ait Demoſth.

Κιττοφοροῦντες. οἱ. libidines complectentes, à κιττοφορέω.

Κιχάνω, &

Κιχέω, &

Κιχέω. μ. ήσω. π. ηκα. inuenio, peruenio, accedo, conſequor, offendo, deprehendo. Actiu. accuſ.

Κίχηλα. ας. ἡ. turdus auis, Dorice, & Syracuſana lingua, ſecundum Athenæum.

Κίχλα. aliàs κίχλη. ης. ἡ. turdus auis, & piſcis apud Ariſtotelem, uertente Gaza. Alij turdellam reddunt. Errant qui ſturnum transferunt. Aucupium turdorum Oppian. In Ixeuticis deſcribit.

Κιχλίζω. μ. ίσω. π. ικα. turdos aut coturnices edo coturniſſo, immodeſtè & laſciuiter rideo. Accipitur generaliter pro gulæ indulgere, & delicate uiuere. Neutr. abſol. Eraſ. Chil.

Κιχλισμός. οῦ. ὁ. cachinnus, riſus mollis & impudicus. Eraſ. ibidem.

Κιχόριον. intubum erraticum.

Κίχραμαι. utendum accipio, utendum rogo.

Κίχρημι, à κιχράω. commodo, utendum do. Bud. Comment.

Κιχῶναι. αἱ intercrura.

Κίω. uado, accedo.

Κιώνιον. ου. τὸ. apud Dioſcor. lib. 2. pars in buccino atq; purpura media ſecũdum quã ſilicei operimẽti clauicula eſt, Hermol. Barb. interprete, eſt & uaſculi genus.

Κίων. ονος. ὁ. uel ἡ. paroxyt. columna, columella gutturis. Gaza in Ariſtotele columellã uertit, quæ eſt excreſcens caro in faucibus uocem impediens, ad ſimilitudinẽ columellæ, quòd fluctionem à capite ſuſcipiens longa ac tenuis fiat, quæ ſi in parte inferiore craſſa & orbicularis fuerit iã σταφυλὴ, hoc eſt, uua uocatur. Et κίων Hipp. triticum uorans, & ipſarum beſtiolarum congregatio,

Κιών. όντος. oxytonum, iens.

Κλαγγάζειν, clãgere, ꝓpriè de gruib. dicitur.

Κλαγγή. ης. ἡ. clangor, propriè gruum, latratus, Xenoph. παρὰ τὸ κλάζω. Etym.

Κλαγγηδόν. reſonanter.

Κλάγγω. μ. άγξω. π. κέκλαγκα. aliàs κέκληγα.

ἀόρ.α.ἔκλαγξα.clango,reſono.Neutr.abſol.

Κλαδαρόμματος.ὁ. mobilis oculis, inſtabileis habens oculos.

Κλαδαρὸς.ȣ.ὁ.uibratilis.

Κλᾶδας pro κλεῖδας. dicunt Dorienſes accuſatiuum multitudinis à κλέες claues.

Κλαδάω.pampino,quatio.

Κλάδεσι,pro κλάδοις.ramis.

Κλάδευσις.ιος.ἡ.putatio.

Κλαδευτὴρ.ῆρος.ὁ.putator.

Κλαδευτήριον.ȣ.τὸ.falx putatoria.

Κλαδεύω.μ.εύσω.π.ευκα.puto uites.Neutrum accuſ.Thom. Mag.magis probat κλαδᾶν quã κλαδεύειν.

Κλαδέω.quatio,moueo,conuicior,loquor.

Κλαδίσκοι.ramalia.

Κλάδος.ȣ.ὁ.ramus.

Κλαδώδης.εος.ὁ.ἡ.ramoſus.

Κλάδωνες.αἱ..Bacchæ antiquitus dictæ,fortaſſis à thyrſorum geſtatione.

Κλαδὼν.όνος.ramus.

Κλάζω.μ.άσω.π.ακα.frango,reſono,clamo. De telis,arcu,grue,ſuibus, & alijs dicitur. Actiuũ, accuſatiuo.

Κλαῦςρον.ȣ.τὸ. operimentum, clauſtrum, κλεῖθρον apud Pindar.Pythijs.

Κλαίω.μ.αύσω.π.αυκα. fleo, ploro. Neutrum, accuſatiuo.

Κλᾶκον.lugebant,flebant.

Κλαμαρός.fluxus,infirmus.

Κλᾶξ.Doricè clauis.

Κλαπάζω.duro longo tempore,moror.

Κλαραγέω.leniter dormio.

Κλάριον.monile.

Κλαρῶται.Vide in dictione εἵλωτες.

Κλασιβῶλαξ.glebas terens.

Κλάσις.ιος.ἡ.fractio.

Κλάσμα.ατος.τὸ.fragmentum.

Κλαςᾶν.conculcare, clamare,ſubijcere,turbare, mouere,perdere.

Κλαςήριον.falx ad uites putandas, putatoria falx, & uineatica Lat.

Κλαςὺς.pampinator,uinitor.

Κλαυθμὸς.ȣ.ὁ.fletus.

Κλαυθμυρίζομαι. eiulor:puerorũ eſt quando flendo aliquid petunt.

Κλαυθμυριζόμενοι.οἱ.plorantes.

Κλαυθμυρισμὸς.ȣ.ὁ.eiulatus.

Κλαῦμα.ατος.τὸ.ploratus.

Κλαυσαυχενεύομαι.blæſas emitto uoceis.

Κλαυσιᾶν.ſonare ultrò,de foribus dicitur.

Κλαυσίγελως.flens & ridens ſimul,δακρυόεν γελάσασα inquit Homer. & Xenoph. Ἑλληνικῶν lib.5. θεάσασθαι παρῆν ἐπὶ τῆς σωτηρίας, πάντας δὲ τοὺς παρόντας τότε γειτόνων κλαυσιγέλως εἶχεν.Cæl.lib.8.cap. 15.

Κλάω.μ.άσω.π.ακα.frango.Actiu.accuſ.

Κλάω.μ.αύσω.π.αυκα.pro κλαίω.Atticè fleo.

Κλέα,pro κλέεα,κλέη.uide κλέος.

Κλεαινὸς.ȣ.ὁ.celebris,illuſtris.

Κλείζω.uoco,ſono,loquor.

Κληηδὼν,pro κληδὼν.fama,augurium.

Κλέθος.κληδών.

Κλεῖδα.iuguli, thinni, clides, ſiue clidia dicuntur etiam à Plinio lib.9.cap.15.

Κλειδίον.ȣ.τὸ.clauicula.

Κλειδοῦχος.ȣ.ὁ.clauiger.

Κλειδὼν.ὑπερβολῆ.furtim.

Κλεΐζω.celebro.

Κλειθρία.ἡ.rima.

Κλεῖθρον.τὸ.clauſtrum,retentaculum,uectis.

Κλειμάζω.decipio,luctor.

Κλειμακτὴρ.gradus,ſcala.

Κλεῖμαξ,ἢ κλειματισμὸς.certamen quoddam.

Κλεῖνιος.celebris.

Κλεινὸς.ȣ.ὁ.inclytus,nominatus,clarus.

Κλέομαι.inuoco.

Κλεὶς.ειδὸς.τὴν κλεῖν.τὰς κλεῖς. clauis Dicitur & pars quæ diuidit pectus à ceruice,hoc eſt os latum in ſummo coſtarum, quod brachij motu paulum cum lato oſſe mouetur, quod & κλειδίον dicitur. Latini iugulum uocant. Gaza in Ariſtotele uertit clauiculam uel humerum, & τὰς κλεῖδας os iugale.

Κλεισιὰς.άδος.ἡ.clauſura.

Κλείσιον.locus in quo boues ſtant.

Κλεῖσις.ſcena.

Κλεισμὸς.ὁ.ſedes.

Κλειτοπῶλος.circa equos inſignis.

Κλειτοριάζειν. impudentius contrectare muliebria. Vide in Eraſmi Chil.

Κλειτορίς.ἡ.uide κλητορίς.

Κλειτὸς.ȣ.ὁ.glorioſus,oxytonum. Nam penanflexum,nomen proprium eſt.Cyrillus.

Κλειτὺς.aquæ delapſus,τὸ τῶν ὑδάτων καταφερὲς.eminenttia montis.Vide infra κλιτὺς.

Κλειὼ.όος.ἡ.Clio,una ex Muſis.oxytonum.

Κλείω.μ.είσω.π.εικα. laudo, claudo, celebro. Actiu.accuſ.

Κλέμμα.ατος.τὸ. furtum, fraus,φώραμα. Neque modo peculatum & pecuniã interuerſam, ſed etiam obreptionem ſignificat & circumſcriptionem,Bud.Com.

Κλεμμαδὸν.furtim.

Κλέμμις.ſella.

Κλεμμὺς.teſtudo.

Κλεμμύω.prædico,declaro.

Κλέομαι.uoueo,inuoco.

Κλέος. ἐος. τὸ. gloria, fama. Vide δόξα in Amm.

Κλέπτης. ου. ὁ. ἀπὸ τοῦ. καλύπτειν. qui clàm res alienas aufert, fur.

Κλεπτίστατος. ου ὁ. furaciſſimus, prudentiſſimus. Ariſtoph. Pluto. τῶν ἐμῶν οἰκετῶν πιστότατος ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον.

Κλέπτον. inſtar furis, pro κλεπτικόν.

Κλεπτοσύνη. ης ἡ. furtum.

Κλέπτρια ας ἡ. fur.

Κλέπτω. μ. ψω. π. εφα, furor, quaſi καλύπτω, tego. Vnde pro decipio ponitur, & falſis rationibus circunuenio, ut μὴ δ' οὕτως κλέπτε νόῳ, Non me falles, Ne fallere te poſſe me ſperes, Iliad. α. Transfertur & ad forum, ut κλέπτειν τὴν κατηγορίαν, eſt occulere & ſupprimere crimina, & aliorſum transferre, ὑποσύρειν, Lyſ. & Xenoph. Et κλέπτειν τὴν ἀκρόασιν, pro fallere aures iudicum, & artificio dicendi obrepere iudicibus, Aeſchin. Vnde κλέπτεσθαι dicitur qui celatur, & hoc modo fallitur: & quem res, quæ agitur, latet, Gregor. Et ſimpliciter decipi & circumueniri. Bud. Com.

Κλέπτω. δημόσια χρήματα. Latinè propriè dicitur depeculor. Cicer. Ciuitates, regna, domus, omnium depeculatus es.

Κλεψιγαμεῖν. furtiua uenere frui. Euſt. Iliad. π.

Κλεψιποτῶ. parce poto, impono compotori.

Κλεψύδρα. ας. ἡ. clepſydra. Cæl. libro 10. cap. 39. Vide in Chiliad. Eraſmi. Ad clepſydram: &, Circa clepſydram animus.

Κλέω. pro κλέιω dico, celebro, cano.

Κλήδην. uocatim, nomine.

Κλῆδος. ſepes.

Κληδονίζομαι. uaticinor.

Κληδοῦχος. clauiger.

Κλήδων. ex nomine uocans.

Κληδών. ῶνος. ὁ. diuinatio, fama, ſors, uaticinij genus.

Κληδωνίζω diuinaculos conſulo. 4. Reg.

Κληδωνισμός. οῦ. ὁ. uaticinij genus.

Κλήζω. μ. ήσω. π. ηκα. appello, nomino, claudo. Actiu. accuſ.

Κλήθρη. ης. ἡ. nomen arboris, alnus, uectis.

Κλῆθρον. ου. τὸ. planta.

Κλῆθρος. κλήθρη.

Κληΐζω. μ. ίσω. π. ικα. uoco, famam ſpargo, celebro. Actiu. accuſ.

Κληΐθρον. locus in gula ſub tonſillis.

Κληΐς. ίδος. ἡ. tranſtrũ, ſedes, coniunctura. Vnde & pro κλεὶς ponitur, hoc eſt, ea par te corporis, qua humerus iũgitur ceruici. παρὰ τὸ κλείειν καὶ συνδεῖν ὦμον καὶ αὐχένα καὶ νῶτον, ut ait Euſt. Iliad. ε. Homer. in Odyſ. κληΐδα dixit repagulum & obicem forium, ut Euſt. annot. Iliad. ω.

Κληΐθρον. τὸ. clauicula iuxta iugulum. Hipp.

Κλῆμα. ατος. τὸ. ſpecies uitis, ut ait Ammon. palmes, pampinus, ſarmentum. Plutarch. in Gal. κλῆμα ἑκατοντάρχου, id eſt, uitem centurionalem uocat, quòd milites à centurionibus uite olim cęderentur. Vnde & Spartianus in Hadriano, uitem pro centurionatu accepit. Eſt & genus calceamenti.

Κλημακώδης. aſper, rectus, accliuis.

Κληματίας. οῦ. ὁ. terræ motus eſt ſpecies, in latum uibrantis, apud Heraclid.

Κληματίον. uiticula, ueluti ramulus in herbis.

Κληματίς. ίδος. ἡ. malleolus, ſarmentum. Item clematis herba, quam centunculum uocant. Vide in Chiliad. Eraſ. Clematis Aegyptia.

Κληματῖτις. quaſi ſarmentaria, ſpecies ariſtolochiæ radicis.

Κληροδοσία. ας. ἡ. diſtributio.

Κληροδοτέω. μ. ήσω. π. ηκα. diuino per ſortem Actiu. accuſ.

Κληροθεσμοθετοῦσι. theſmothetæ ſortitò creari (ſolent.

Κληρονομεύς. captans hæreditates.

Κληρονομέω. μ. ήσω. π. ηκα. hæredito, id eſt, hæres ſum. Genit. & accuſ.

Κληρονομηθείς. hæres inſcriptus.

Κληρονομία. ας. ἡ. hæreditas, εἰς ὁλόκληρον διαδοχὴ τοῦ δικαίου ὅπερ ὁ διαθέμενος εἶχεν. ἐκ τῶν (νόμων.

Κληρονόμος. ου. ὁ. hæres.

Κληρόομαι. Vide κληροῦμαι.

Κλῆρος. ου. ὁ. penanflexum, περιουσία, ſors, quæ eſt fortuitus alicuius rei euentus, conditio, fortuna, caſus, alea, fatum, munus. Interdum accipitur pro menſura terræ, puta iugero, aut certe pro horto: ſicuti Latini hæredium pro prædio. & hærediolum ſimile quiddam intelligunt, propterea quòd huiuſmodi res hæredem ſequantur. οἱ κατὰ κλῆρον διαιτηταὶ, ſunt arbitri qui non electione litigantium, ſed ſortitò arbitrandi poteſtatem habebant, & ij erant annui magiſtratus, ταῖς εὐθύναις ἐνεχόμενοι. Bud. Com. Item clerus apud Ariſtotelem (Gaza Græcam uocem relinquit) uermiculus infeſtans apum aluearia, qui & pyrauſta dicitur.

Κληρός. οῦ. ὁ. ſorte datus, electus, diaconus. Cyrill.

Κληρωτήριον. ου. τὸ. locus ubi magiſtratus per ſortem creantur.

Κληροῦμαι. ſortior, hoc eſt, ſorte accipio, ſorteis in urnam mitto, ſortitò aliquid facio, ſorte eligor. Vnde κληρούμενοι, competitores ambientes, & κεκληρωμένοι, ſorte electi, λαχόντες. Budæus in Commentarijs. Vide λαγχάνειν apud Ammonium.

Κληρουχεῖσθαι. idem.

Κληρϰχία. ας. ἡ gens aliquò ſorte habitatū miſſa, & tellus ei data, diuiſio quæ per ſortem fit.

Κληρϰχικός. ſorte datus.

Κληρϰχ☉. ϰ. ὁ gubernator urbis, & diſtribuens agros per ſortem coloniæ, habens aliquid ſorte quaſi colonus, id eſt, ſortitus ad habitandum alicubi. De tota hac conſuetudine conſule Libanij argumentum ad orationem Demoſthenis περὶ τῶν ἐγχειροτονήσω.

Κληρόω. μ. ώσω. π. ωκα. ſortior, hoc eſt, ſorte lego, ſortibus ductis renuntio, diuido. Actiu. accuſ.

Κληρωτήριον. ϰ τὸ. locus ubi magiſtratus per ſortem creantur.

Κληρωτός. ϰ ὁ. qui ſorte factus eſt.

Κλῦσαι. lauare, diciturq; propriè de poculis ac alijs uaſis. νίψαι de facie ac manibus, πλύναι de ueſtibus.

Κλισιάς, ianua ſcenæ.

Κλισιάζω. congrego.
ὀπίας.caſeus qui coit coagulo, ὁ ὑπὸ ὀπῶν τῆς συκῆς πυκνούμενος.
ὀπιδνός. malus, terribilis, honorabilis,ſuſcipiendus,mundus.
ὀπίζομαι.μ.ίσομαι.π.ισμαι.&
ὀπίζω.μ.ίσω.π.ικα.obſeruo,curo,uereor,pudefio.Actiu.accuſ.
ὄπιθεν.Doricè pro ὄπισθεν.retro.
ὄπικος.ὁ.ſordidus,immundus.Eudoxus Italię gentem quandã uocari tradit à linguarum colluuione dictam.
ὀπιμαντεῖον.ȣ.uoce datum reſponſum.
ὀπίονες.apud Plutarchũ ſunt,qui nuntiorum & ſpeculorum funguntur munijs.
ὀπίπας.impoſtor.
ὀπιπεύω.μ.εύσω.π.ευκα.&
ὀπιπτεύω. aſpicio, obſeruo, περιέργως βλέπω. Vnde παρθενοπίπας. qui uirginum pudicitiæ inſidiatur.Cæl.lib.7.cap.32.
ὄπις.ιδος.ἡ. cura,cõſyderatio, uox.Iliad.π.θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.Item ira.Etym.
ὄπισθεν.retrò,ponè,εἰς τὸ μέλλον,à tergo.
ὀπισθία.pars exterior palmæ.
ὀπίσθιος.ȣ.ὁ.poſterior. Vnde ὀπίσθιον τάγμα, extrema acies:& ὀπίσθια,præterita,cauda.
ὀπισθοβάμων.ονος.ὁ.retrogradus ut cancer.
ὀπισθόδομος.ȣ.ἡ.locus Athenis in arce poſt templum Mineruę,ubi ærarium publicum erat,poſtica arcis pars. Interpres Demoſthen.eſt etiam extrema, ſeu poſtrema pars cuiuſque domus.
ὀπισθόδομος.ου.ἡ. acta publica, poſterior pars domus.
ὀπισθόκεντρα. quæ in poſteriori parte corporis aculeo armantur.
ὀπισθόκομοι.οἱ. qui crines uerſus tergum flexos habent.
ὀπισθοκρηπίδες.αἱ. genus calceamentorum mulierum.
ὀπισθοκύφωσις.ἡ ſpinæ flexus,retrorſum cedentibus ſpondylis,ſiue uerticillis conſtans, uocatur & κύρτωσις,Gal.lib.3.de articul.

ὀπισθόνομος

ὀπισθονομέω. præpoſterè paſces, ſine receſſu. Vnde ὀπισθονόμοι βοῦς, retrò paſcentes boues.

ὀπισθόπους δίκη. iudicium aut pœna, quę crimen ſtatim poſtridie ſequitur.

ὀπισθόδρομον. retrofugum.

ὀπισθοσφενδόνη. ης. ἡ. ornamentum quoddam capitis muliebre.

ὀπισθοτενικός. οῦ. ὁ. cui ceruix in humeros incuruata & reiecta eſt.

ὀπισθότονος. ου. ὁ. affectio cum ceruix ita diriguit, ut flecti nō poſſit, hoc eſt, cum caput ad ſcapulas contrahitur, cumq; collum in poſteriorem partem trahitur, nec in priorem flecti poteſt, rigor in ſcapulas appellatur, opponitur emphroſthotono.

ὀπισθουρητικά. τά. ex aduerſo mingentia, ut Gaza uertit in Ariſt. opponitur ad ἐμπροσθουρητικά.

ὀπισθοφανῶς. retrorſum, aduerſum.

ὀπισθοφύλακες. οἱ. qui in prælijs terga tutantur.

ὀπισθοφυλακέω. μ. ήσω. π. ηκα. retrò cuſtodio. Actiu. accuſ.

ὀπισθοφυλακία. ας. ἡ. poſterior cuſtodia.

ὀπισθοφύλαξ. ακος. ὁ. cuſtos poſterior, uel poſticę.

ὀπίστατος. ου. ὁ. ὀπίσθιος. poſtremus, ultimus.

ὀπισθόγραφον. τό. à tergo annotatum.

ὀπισθόγραφος. ὁ. aduerſarius, hoc eſt, libellus rationarius, quo perfunctoriè & obiter memoriæ conſulimus.

ὀπίσω. retrò. ἀναστρέφειν ὀπίσω, redire unde ueniſti. Accipitur quoq; pro poſtea. Vergil. Rurſus & incipiant in corpora tarda reuerti.

ὀπίσσω. poët. idem, retrò, in futurum, ad poſteros, à tergo. Homer. Iliad. α. οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω.

ὅπλα. τά. arma, funes nauiū, ex ſtupa uel canabe, imò cuiuſuis opificij inſtrumenta, ὅπλα dici teſtis eſt. Euſtath. Iliad. δ. Xenof. f. 14. t. 1.

ὁπλάρια. τά. arma diminutiuè.

ὁπλή. ῆς. ἡ. ungula omnium brutorū, ſolida ungula, ut Gaza in Ariſtotele uertit ad differentiam τῆς χηλῆς quæ bifida eſt.

ὅπλια. ας. mandræ ubi pecorū initur numerus, quaſi ſecundum uirgulas, apud Locrenſes.

ὁπλίζω. μ. ίσω. π. ικα. armo, paro. Actiu. accuſ.

ὅπλισις. εως. ἡ. &

ὁπλισμός. οῦ. ὁ. armatura.

ὅπλισμα. gradus, βῆμα, funis nauticus.

ὁπλιστής. οῦ. ὁ. armatus.

ὁπλιταγωγὸς ναῦς. ἡ. nauis quæ armatos fert milites. Bayfius.

ὁπλῖται ἀνάγριοι. milites ſpoliaticij.

ὁπλίτης. ου. ὁ. πελταστής. miles armatus, uel grauis armaturæ, armiger, ut eſt apud Sueton. non pro eo qui alterius arma gerit, ſed qui ipſe armatus eſt. Item qui in naui ad remum non ſedet. Vide ὁπλῖται in Appendice de uocabulis militaribus, ubi omnes militum & armatorum differentiæ exponuntur.

ὁπλιτίδες. αἱ. ſtatuæ fœminarum armatæ.

ὁπλιτοδρομεῖν. eorum eſt, qui armati curſu certabant, & ſub armis curſu exercebantur.

ὁπλιτοπάλης. ου. ὁ. ſiue ὁπλιτοπάλας. ὁ. apud Aeſchylum, qui armatus luctatur.

ὁπλοθήκη. ης. ἡ. armamentarium.

ὅπλομαι. ὁπλίζομαι.

ὁπλομανῶ. inſano & nimio armorum ſtudio teneor.

ὁπλομαχεῖν. ſub armis exerceri, armis depugnare.

ὁπλομαχία. ας. ἡ. dimicatio armis. Eſt & genus exercitamenti.

ὁπλόμαχος. ου. ὁ. qui armis militaribus & ſcuto depugnat, ut apud Martialem, Hoplomachus nunc es, fueras ophtalmicus olim.

ὅπλον. ου. τό. ſcutum, arma.

ὁπλότερος. ου. ὁ. iunior, poſterior, νέος, μάχιμος, pugnax, ad pugnam aptus. Etym. Iuuenis, ſed ferendis armis aptus, idem Euſt. Iliad. δ.

ὁπλοφορῶ. cingo latus, & in modum ſatellitis ſtipo & comitor. Accuſ.

ὀπιδνός. reuerendus, cura dignus.

ὁποδάπην. quotquot.

ὁποδαπός. οῦ. ὁ. cuias.

ὁπόδαπος αὖ. &

ὁποδαποσοῦν. cuiaſcunq;. Bud. Com.

ὁπόθεν. unde.

ὁπόθεν δήποθεν. undecunq;, quoquomodò.

ὅποι. quo, ubi, hic.

ὁποῖ ἄττα. qualia, cuiuſmodi.

ὁποῖα φιλεῖ quæ aſſolent.

ὁποῖον. aliquod, quiddam.

ὁποῖος. ου. ὁ. qualis, infinitè.

ὁποῖός τις. accipitur interrogatiuè pro ποῖός τις, cum ſit relatiuum.

ὁποιοσοῦν. qualiſcunq;.

ὀποπάναξ. liquor herbæ panacis.

ὀποπλεῖν. renauigare.

ὀπός. οῦ. ὁ. ſuccus, coagulum, liquor, humecta uis ramis agglutinans folia, unde & ἡ ὀπώρα. Euſt. Iliad. ε. lachryma arborū, lacte⁹ in ficu humor, & κατ᾽ ἐξοχὴν ſilphij liquor. & ὁ τοῦ καρποῦ uocat Hipp. ſilphij ſemen quod & folium ſingulariter & magydaris quibuſdam uocatur.

ὀπὸς μηδικός. laſer, ſilphij ſuccus.

ὁπόσα. pro ἅ.

ὁποσάκις. quoties.

ὁποσαπλάσιος. quotuplex.

ὁποσαπλασιοσοῦν. quantūuis, multiplex.

ὁποσάπους. quotū, quotquot pedū Lucian. in Gallo.

ὁποσαχῆ. multipliciter.
ὁπόσον πλεῖστον quanta maxima.
ὁπόσοι ἄν. quotlibet, quotcunq;.
ὅποσον βραχύς. quàm breuis.
ὁποσονοῦν. ubicunq;, quocunq; in loco, quantum cunque.
ὁπόσος. ου. ὁ. quot, quotus, indefinitè.
ὁποσοσοῦν. quotuslibet, quotcunq;.
ὁποσοσδήποτε. &
ὁποστοσοῦν. quantuſcunq;.
ὁπόστος. ὁ. quotus.
ὁποστοσδήποτε. &
ὁποστοσοῦν. qnotuslibet, quotuſcunq;.
ὁπόταν quoniam, quando, quo tempore. Bud. Com.
ὁπότε quando, poſteaquam.
ὁπότε γοῦν. ubi ergo, itaq; cum.
ὁποτεοῦν. quandocunq;.
ὁπότερον. utrum infinitè. nam interrogatiuè πότερον dicimus. καθ' ὁπότερον, pro utrumuis.
ὁπότερον. ου. accipitur pro utrolibet. uidetur potius ſignificare alterutrum.
ὁποτεροσδήποτε. &
ὁποτεροσοῦν. uteruis, uterlibet, alteruter.
ὁποτέρωθεν. unde, ἐκ ποίου μέρους.
ὁποτέρωσε utrò dubitatiuè.
ὅπου. ubi, quandoquidem, quò. Bud. Com.
ὅπουγε. quandoquidem, id eſt, utpote cum.
ὁπουδή. &
ὅπουδήποτε. &
ὅπου κἄν. Nam & ſi, quandoquidem, etiamſi. Plutarch. περὶ ἀδολεσχίας.
ὁπουποτέ. ubicunq; εἰ ὅπου δή, ſicubi.
ὅπου περ ἄν. ubicunq;.
ὁπουποτε γῆς. ubicunq; gentium.
ὁποῦς. Opus ciuitas in Locris. declinatur apud Latinos forma Græca, huius Opontis, à nominatiuo ὀπόεις, ὀπόεντος, & ſynereſi ὀποῦς ὀποῦντος.
ὄππατα. Aeolicè pro ὄμματα.
ὅππη, & ὅππως pro ὅπη, & ὅπως.
ὀπταλέος. ου. ὁ. aſſatus.
ὀπτανεῖον. ου. τό. locus ubi carnes aſſantur, culina, quaſi dicas toſtorium.
ὀπτανήιον. idem. Etym.
ὀπτανία. aſpectus, ἀπόβλεψις.
ὀπτάνιον. idem quod ὀπτανήιον, Atticè. Etym.
ὀπτάνω. conſpicio, uideo, ἐμφανίζω. Actiu. accuſ. iungitur.
ὀπτάριον. ου. τό. idem quod ὀπτανεῖον.
ὀπτασία. ας. ἡ. uiſio.
ὀπτάω. μ. ήσω. π. ηκα. aſſo, coquo. Actiu.
ὀπτεύω. μ. εύσω. π. ευκα. uideo. Actiu.
ὀπτήρ. ῆρος. ὁ. ſpeculator. Poëticum eſt. κατάσκοπος uero Oratorũ, inqt Thom. Mag. Xenoph. tamen ita loqui auſus eſt. πέμψαντων ὀπτῆρας ὧν πράττομεν; καὶ φραστῆρας ὧν ἐρωτῶμεν.
ὀπτήρια. τά. ſimpliciter apud Callimachum munera præmiáue quæ in ſpectaculum impenduntur, τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα, Pollux lib. 2. interp. munera ſponſæ à ſponſo donata ubi in conſpectum prodierit primum. qualia & ἀνακαλυπτήρια.
ὄπτησις. εως. ἡ. aſſatura, aſſatio.
ὀπτικά. τά. nerui ſubminiſtrantes uiſiuum ſpiritum oculis.
ὀπτικός. ὁ. uiſiuus, perſpectiuus, ſpeculatiuus.
ὀπτιλῖτις. nomen templi Mineruæ apud Spartanos. τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς ὀπτίλους οἱ δὲ Δωριεῖς καλοῦσι, Putarch. in Lycurgo.
ὄπτομαι. μ. ὄψομαι. π. ὦμμαι. ἀόρ. α. ὤφθην. uideo & uideor, compareo. Depon. accuſ. huius uerbi futurum ὄψομαι & ὦπται præteritum ſunt in uſu.
ὀπτός. οῦ. ὁ. aſſatus, uiſibilis.
ὄπτω. μ. ὄψω. π. ὦφα. idem quod ὄπτομαι, uideo, quanquam ſit inuſitatum.
ὀπυίομαι. eiuſdem ſanguinis ſum, proſtituo. Depon. abſol. & interdum accuſatiuo.
ὀπυίω. μ. ύσω. π. υκα. ὁμιλέω, γαμέω, coëo. παρὰ τὸ ὀπίζειν ὑός, ὅ ἐστιν ἀποστρέφεσθαι τεκνοποιίας. Actiu. accuſ. Lucian. Gallo, ὅτε σε ὤπυιεν, cum congrederetur tecum, conſuetudinem tecum habebat.
ὀπώδης. εος. ὁ. ἡ. ſuccoſus.
ὀπών. papaueris lachryma ſiue ſuccus.
ὄπωπα. uidi. Eſt aũt μέσ. παρακ. Atticè ab ὄπτω, pro ὦπτα.
ὄπωπε. proſpicit.
ὀπώπει. &
ὀπώπη. uiderat. Theocr. ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη.
ὀπωπή. ῆς. ἡ. aſpectus, ἐντροπή, πρόσοψις, κόρη, pupilla. Etym.
ὀπώρα. ας. ἡ. poma, hoc eſt, omnes mollioris corticis fructus, nam quæ exterius durũ & lignoſum aliquid habent, propriè ἀκρόδρυα appellantur. & autumnus. παρὰ τὸ ὄψ καὶ ὥρα, quaſi cõſpectus temporis. Etym.
ὀπώρης. ης. ἡ. autumnus.
ὀπωρεύω. &
ὀπωρίζομαι. &
ὀπωρίζω. fructus decerpo, colligo, emo. Eſt etiam uſu pomorum nauſeam contraho.
ὀπωρινός. autumnalis. Homerus, ὀπωρινὸν ἀστέρα. canem uocat.
ὀπωρισμός. arborum fructus.
ὀπωροφορεῖν. ferre poma.
ὀπωροφορέω. poma produco.
ὀπωροφυλάκιον. ου. τό. tuguriũ, pomorũ cuſtodia.

ὀπωροφύ-

ὀπωροφύλαξ. pomariorum cuſtos. Gaza.

ὀπωρίων.&

ὀπωρώνης. ὁ. qui poma uendit, emitq;.

ὅπως. interdum διαπορηματικῶς καὶ ἀνυποτάκτως ponitur pro quomodo, hoc eſt, pro πῶς, quemadmodũ, ſic, ut, hoc eſt pro ἵνα, pro ἐπεί, pro ὥσπερ. pro οὕτως, & conſtruitur cũ indicatiuo & ſubiunctiuo. Interdum præcipientis eſt, καὶ παραγγελματικόν, aut denuntiantis, aut exhortantis: ſicut caue Latinè, & uide ne. Bud. Com. ὅπως etiam pro quandocunq; capitur apud Herodotum.

ὅπως αὖ.&

ὅπως ἔτυχε.&

ὅπως δή.&

ὅπως δή ποτε.&

ὅπως ποτέ.&

ὅπωσοῦν &

ὅπως δήποτοῦν.&

ὁπωσοῦν. quomodocunq;, utcunque, quocunq;, modo, temerè, ſine iudicio. ὁπηοῦν, ὅπως ἴσοῦν, κἀὶ ὁπηοῦν. Attica aũt ſunt, de quib. Bud. ibidẽ.

ὅπως ἔχουσι. quemadmodum affecta ſunt, uis ratioq; explicanda eſt.

ὅπως μή. ne, μή.

Ὀράζω. τὸ ὀργάζω.

ὅραμα. ατος. τὸ. uiſum, id eſt, uiſio.

ὅραρος & συνοχή. partes phalãgis in æqualia diuiſæ. Latini uocant os & umbilicum.

ὅρασις. ιος. ἡ. uiſio, aſpectus.

ὁρατής. οῦ. ὁ. ſpectator.

ὁρατικός. ὁ. uim cernendi habens.

ὁρατόν. τὸ. qđ cerni uel uideri poteſt. Cicer. ſpectabile, & aſpectabile, quod cadit ſub aſpectũ.

ὁρατός. οῦ. uiſibilis.

ὁράω. μ. ὄψομαι. π. ἑώρακα, ἑωράκειν, & in præt. imperf. ἑώρων. uideo. παρὰ τὸν ὅρον ὅ ἐστι πέρας τῶν σωμάτων καταλαμβάνειν. Etym. Item reſpicio, id eſt, faueo. Actiu. accuſ.

ὀργάζω. cœnum manibus mollio & ſubigo, commiſceo, τὸ πηλὸν ταῖς χερσὶ φυρᾶ. Bud. Com.

ὀργαίνω. μ. ανῶ. facio iraſci, turbo.

ὀργάνη. Mineruæ epitheton, quòd operum præſes ſit, ἐργάνη.

ὀργανικός. οῦ. ὁ. inſtrumẽtalis. unde ὀργανικὰ μέρη, officiales, ſeu inſtrumentales partes, ut Gaza uertit in Ariſtotele.

ὄργανον. ου. τὸ. organum, inſtrumentum. Ariſtoteles dialecticam ſic uocat, quòd totius philoſophiæ inſtrumentum & ueluti manus ſit.

ὀργάς. άδος. ἡ. terra aliqua culta, fertilis, & terra ſacra alicui deo, terra inculta, ut lucus, & ſaltus etiam dicitur. Etym.

ὀργάω. μ. ήσω. π. ηκα. appeto, abſtinere nõ poſſum, meapte ſponte cieor. & floreo, uigeo, gliſco, concito, concupiſco, macero, ſubigo. Et ὀργάζεσθαι. commiſcere, contemperare, Hipp. Etymol. ὀργῶσι βότρυς, tumeſcunt racemi. ὀργῶν τὸ εἶδος, uigens ſpecie. ὀργῶσα πρὸς σύλληψιν, quæ ſtimulatur ad conceptum. Budæus in Com.

ὀργεῶνες. οἱ. qui eiſdẽ ſacris initiati ſunt, θύται, ſacerdotes.

ὀργή. ῆς. ἡ. ira, iracundia. Ariſtot. ὀργή ἐστιν ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν τινὰ μὴ προσηκόντως. Ira eſt apparentis ultionis appetitus cum dolore propter apparentem immerito, uel in ſuos contemptum. Ponitur & pro appetitu coëundi. παρὰ τὸ ὀρέγω τὸ ἐπιθυμῶ. Etym. Vide θυμός in Ammonio. Pix lingua Ionum.

ὀργιλότης. ητος. ἡ. idem quod ὀργή, iracundia.

ὄργια. τά. Orgia ſacra Bacchi, myſteria.

ὀργιάζομαι. confecror, ſiue ut ſuum actiu.

ὀργιάζω. μ. άσω. π. ακα. orgia celebro, ſacra, ceremoniasq; inſtituo: ut ὀργιάζω τὴν τελετὴν, ceremonias perago: ὀργιάζω τὸν θεόν. ſacrificijs placo deum. Bud. Com.

ὀργιασμοί. οἱ. ceremoniæ.

ὀργιαστής. οῦ. ὁ. celebrator orgiorum feſtorum.

ὀργιαστικὰ. μέλη. καὶ ὀργιαστικὴν ἁρμονίαν uocat Ariſtot. quæ ἐνθουσιασμὸν ἐμβάλλει τῇ ψυχῇ, καὶ παρίστησι τὴν ποιητικὴν δύναμιν, & affectus ciet in animo. Bud. Com.

ὀργίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. iraſcor. Depon. dati.

ὀργίζω. irito.

ὀργίλος. ου. ὁ. iracundus.

ὀργυιαῖος. ου. ὁ. magnitudine unius ulnæ, uel trium cubitorum.

ὀργύζω. extimulor. Horus Apol. capite. ult. ὅταν ὀργύσῃ πρὸς σύλληψιν ἡ γυνή.

ὀργυιά. ᾶς. ἡ. ulna, manuum extenſio, & pectoris latitudo, menſura ſenum pedum, Herod. & quaternum cubitorum, Gazæ. paſſus Valla interprete.

ὀργυόω. μ. ώσω. π. ωκα. ulnas extendo. Neutr.

ὀργώνη. concupiſcentia.

ὄρεγμα. ſanguis, gradus.

ὀρεγμός. ὁ. faba freſa, ὁ διακεκομμένος κύαμος, ab ὀρέχθω. Euſtathius Iliados ψ. ſcribitur & ἐρεγμός.

ὀρέγνυμι. extendo. Actiu. accuſ.

ὀρέγομαι. μ. ξομαι. π. ργμαι. expeto, appeto, ἐπιθυμῶ, λαμβάνω, κομίζομαι. & ad ſenſum refertur. Depon. genit.

ὀρέγω. μ. ξω. π. ρχα. porrigo, præbeo, manu pertutio, ſicut ὀρέγνυμι, παρέχω, ἐκτείνω.

ὀρείαυλος. montes inhabitans.

ὀρειβάτης. ου. ὁ. montes ſcandens.
ὀρειβατέω. μ. σω. π. κα. mōtes ſcādo. Neutr. abſol.
ὀρείγανον. uide ὀρίγανον infrà.
ὀρεικὸν ζεῦγος. mulorum iugum. Syneſ. Epiſt. ὑπὸ τὸ ζεῦγος ἀναβιβαζόμενον τὸ ὀρεικόν.
ὀρειμαλίδες. αἱ. mala montana.
ὀρεινός. οῦ. ὁ. &
ὄρειος. ου. ὁ. montanus, ſylueſtris. opponitur τῷ ἡμέρῳ.
ὀρειονόμος. qui mulorum curam habet.
ὀρεῖος. ου. ὁ. regio montana.
ὀρειπέλαργος. montana ciconia, ſpecies aquilæ, ut Gaza uertit in Ariſtotele.
ὀρείτης. ου. ὁ. &
ὀρειτυπίη. Hipp. eſt labor ille quem in montibus ſubeunt.
ὀρειτύποι. uocantur qui è mōtibus in urbē q̃duis inuehunt, ſiue ſaxa, ſiue ligna, aut ſimile quid.
ὀρείτροφος. montanus, agreſtis.
ὀρείχαλκον. ου. τό. orichalcum. Scribitur & per ι. nam corripitur apud Horatiū in Arte poëtica.
ὀρεκτιάω. μ. ίσω. π. ηκα. concupiſco.
ὀρεκτή. lancea. Etymol. & haſta qua cominus, & quaſi è manu utimur. Nam ὀρέξαι eſt manu percutere.
ὀρέκτης. ου. ὁ. cominus pugnans, ἀγχέμαχος. Euſtath. Bœot.
ὀρεκτικός. οῦ. ὁ. appetitiuus, concupiſcibilis. ὀρεκτικὴ αἰτία uocatur à conſulto Fortunat. impulſiua cauſa.
ὀρεκτός. οῦ. ὁ extenſus, longus, porrigendus, amabilis.
ὀρεκτύς. extendens.
ὄρεξις. εως. ἡ appetitus, uel appetitio, orexis, quomodo & Iuuenalis uſurpat, pro uehementi edendi auiditate, Rabidam facturus orexim.
ὀρεξόμενος. ου. ὁ tangens, percutiens.
ὀρεονόμος. ου. ὁ. qui montium curam habet, aut mulorum.
ὀρεοπολῶ. in montibus diuagor.
ὀρεοσέλινον. τό. apium montanū. Gaza in Theophraſto uertit montapium. Dioſcor.
ὀρεσιβάτης. ου. ὁ per montes incedens.
ὀρεσίτροφος. ου. ὁ. nutritus in montibus, & unus è canibus Actæonis apud Ouidium.
ὀρεσκηνέω. uerſor in montibus.
ὀρέσκιος. ου. ὁ. umbris montium gaudens, epitheton Bacchi.
ὀρεσκῷος. ου. ὁ. habitans cauernas montium, pro ὀρεσίοικος. κείω γὰρ τὸ κοιμῶμαι. Vnde illud Homeri, θηρσὶν ὀρεσκῴοισιν.
ὀρέσφιον. ου. ὁ. monticula.
ὀρέστης. ου. ὁ. Oreſtes.
ὀρεστιάς. άδος. ἡ. montana nympha, montium cultrix, ἐν ὄρεσι τὴν ἑστίαν ἔχουσα.

ὄρεσιν. aduerb. in montibus.
ὀρεύς. έως. ὁ. mulus, ut Gaza uertit apud Ariſtot. παρὰ τὸ ὄρος, quòd in montibus operari magis idoneum animal ſit, quàm cætera. Etym.
ὀρεχθέω. concupiſco, diſcindo, reſono, ſuſpiro.
ὀρέχθω immugio, στένω, dicitur & de pulſatione cordis, Homer. κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὀρέχθει. Item διακόπτομαι. Euſtath. Iliad. ψ.
ὀρεωπώλης. ου. ὁ. mulorum uenditor.
ὀρεύω. μ. εύσω. π. ευκα. cuſtodio.
ὀρέω. attollo, incito.
ὀρεωκόμος. ου. ὁ mulio.
ὀρηθανής. quiſpiam ex dijs illis impuris qui ſubſunt Priapo.
ὀρῆμαι. uideo.
ὄρηχος. ſepes iuxta Heſiod.
ὀρθάγης. exterius, hoſpes, ξένος, apud Lycoph. dialecto quadam.
ὄρθαι. concitatum eſſe.
ὄρθια lex erat Palladis, argumentū bellicum continens.
ὀρθία. Dianæ cognomentum, à loco Arcadię.
ὀρθίαξ. κος. pars inferior mali nauticæ, ut carcheſium ſuprema. Pollux lib. 10.
ὀρθίας. uelum nauis. Fauor.
ὀρθιάζειν. arrigere, uaticinari.
ὀρθιοκῶποι. q erecti magno cū labore remigant.
ὄρθιος. ου. ὁ. altus, arduus, erectus, in altitudinem ſurrectus, rigidus. Lactant. Firm. Aues animaliáq; penè omnia cœlum uident, ſed nobis propriè datum eſt rigidas aſtātibus intueri. Idem. Deus propterea hominem rigidum figurauit, ut ſciamus ad cœleſtia & ſuperna nos prouocari. Vnde ὄρθια phalanx dicebatur, quæ procederet in cornu, profunditatem habens latitudine maiorem.
ὄρθιος νόμος. carmen orthium, quod Arion canebat, cum à Delphino exciperetur, de quo Herod. lib. 1. & Gel. lib. 16. cap. 19. Sic fortè dictum quòd huius carminis numeri intenſi ferebantur & ſonori. Siquidem ὄρθιος ſonorus interpretatur nonnunquam, & claſſicus cantus. Plutarch. νόμον τὸν πυθικὸν appellat. Bayfius.
ὀρθοβατέω. recta incedo. Epigr.
ὀρθογόη. ης ἡ. epitheton hirundinis. quaſi ὀρθογόον, ab ὄρθρος diluculum, & γόος, quod matutino maximè tempore canat, & ſecundum poëtarum fabularum filium Ityn deploret.
ὀρθογραφέω. μ. ήσω. π. ηκα. rectè ſcribo. Actiu.
ὀρθογραφία. ας. ἡ. recta ſcriptura. Orthographia (ſcribit Bud.) eſt cum iam non planum opus imaq; operis ueſtigia imaginantur, ſed ſubrectum & frontem attollens, quaſi erecti operis, aduerſiq; deſcriptio.

ὀρθογώνιος

ὀρθογώνιος. ου. ὁ. rectus angulus.

ὀρθοδοξέω. μ. ήσω. π. ηκα. recte opinor & ſentio. Neut. abſol.

ὀρθοδοξία. ας. ἡ. recta opinio.

ὀρθόδοξος. ου. ὁ. orthodoxus, id eſt, recteq́ opinionis & ſententiæ homo, qui rectam ueritatis opinionem, ſummiq́ue boni philoſophando inueſtigauit. (re.

ὀρθοδρομεῖν. recte currere, rectis lineis cõcurre-

ὀρθόδωρον. ου. τὸ. palmus menſura, quãtum complectitur extẽſa manus à iunctura ad ſummum digitum.

ὀρθοέπεια. emendata locutio, & cũ ſuauitate uocum explanatio.

ὀρθοεπῶ. recte & propriè loquor.

ὀρθοθύρη. ianua ouilis, & idem quod ὀρσοθύρη, ſic Crates, Etym.

ὀρθόκρως. ου. ὁ. cornibus erectis, & erigens pilos: ut apud Sophocl. ὀρθόκρως φρίκην. κέρας enim comam ſignificat. unde κεροπλάσται dicti.

ὀρθόκραιρος. ου. habens erectum caput, uel erectas antennas. à κεραία, uel κραῖρα. metaphora à bobus. Etym.

ὀρθολογῶ. recte & propriè loquor.

ὀρθόν. τὸ. in altum erectum & ſurſum ſpectans; τὸ ἱστάμενον καὶ ἄνω βλέπον καὶ μὴ συγκεκυφὸς ἢ σκολιόν, εὐθὺς uero dicitur rectum, tam de eo quod in altum recte uergit, quàm de eo quod in longum porrectim extenditur nullis anfractibus aut circunuolutionibus obliquis implicatum, hoc eſt, τὸ μὴ ἑλικοειδὲς μηδὲ ἔχον τινὰ σκολιότητα, αὐτὴ ἱστάμενον ἢ, αὐτὴ κείμενον. Manuel. Moſchopul. Significat aliquando uerũ, unde quod Plato dixit ὀρθότερον δεῖ λέγειν Cicer. uertit dictu uerius & melius.

ὀρθόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. recte facio.

ὀρθοπηγιάζειν. ſeipſum erigere, ut altior uideatur.

ὀρθοπλὴξ ἵππος. equus erectus, & calcibus petẽs.

ὀρθόπνοια. ας. ἡ. eſt morbi genus, quod Medici noſtri orthoniam corrupto uocabulo dicunt, difficilis ſcilicet anhelitus, cũ quis ſpirare non poſſit, niſi recta ceruice ſpiritus trahatur.

ὀρθοπνοϊκός. ου. ὁ. non niſi recta ceruice ſpirans.

ὀρθοποδέω. μ. ήσω. π. ηκα. rectè ambulo, rectè incedo. Paul. ad Galat. ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

ὀρθόπολις. erigens, & ſeruans ciuitatem.

ὀρθόπτερον. magnis ſiue altis humeris, aut pin-

ὀρθοπύγιον. idem quod ὀῤῥοπύγιον. (nis.

ὀρθός. οῦ. ὁ. rectus, erectus, ut ſolet qui timet, oxytonum. nam paroxyton. proprium eſt uiri, Cyrill. Ammonius ὀρθὸν diſtinguit ab εὐθύ. εἰς ὀρθὸν ἀπελθεῖν, & ἐπ' ὀρθὸν ἀποκατάστασις. Vide ἀναστροφὴ in Appendice de uocab. militarib.

ὄρθος. ὁ. Geryonis canis, hoc nomine traditur apud Euſt. Iliad. ω. quem Hercules interfecit.

ὀρθόσιος Ζεύς ſtator Iupiter. malim ὀρθώσιος per ω mega in antepenult.

ὀρθοστάδην. ſtando in erectum.

ὀρθοστάδη. pemmatis genus.

ὀρθόστασις ἡ. affectio, ubi ſurrecti ſtamus, neruis poſterioribus contractis.

ὀρθοστάτης. ὁ. panis dijs ſacri genus, apud Polluc.

ὀρθότερον. ου. τὸ. melius.

ὀρθότης ητος. ἡ. rectitudo.

ὀρθοτίτθιος. ἡ. uirgo, quæ mammas habet rectas, non pendulas.

ὀρθοτομέω. μ. ήσω. π. ηκα. rectè ſeco, rectè tracto, Paul. ad Timoth. ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

ὀρθοτονεῖν. rectum & iuſtum accentum uel tonum dare.

ὀρθότριχες οἱ. habentes erectos crines.

ὀρθοτριχία. ἡ. erectio capillorum.

ὀρθόφρων. magnanimus.

ὀρθοφυῆ. τὰ. recta, ſuperiora appetentia.

ὀρθοφυής. έος. ὁ. ἡ. in altum creſcens.

ὀρθόω. μ. ώσω. π. ωκα. dirigo, erigo, attollo, ſuſtento, confirmo, in ſtatum & dignitatem erigo. Actiu. accuſ.

ὀρθραγόρισκοι porculi ſubrumi, id eſt, qui adhuc ſub mammis habentur. ἀπὸ τοῦ ὄρθρου & ἀγοράζεσθαι, quòd matutinis omnibus uenales circun ferebantur.

ὀρθρεύομαι, uel ὀρθρεύω &

ὀρθρίζω. μ. ίσω. π. ικα. de mane ſurgo, diluculo aliqd ago, uigilo. Lucian. Gallo. ὡς ἔχεις ὀρθρευόμενος, καὶ προκινύειν τὰ πολλὰ τῶν ἔργων. Neutrum abſolutum. Verbũ frequens ſcriptoribus eccleſiaſticis, quo exprimunt uocem Hebræam ſichem, quæ mane ſurrexit ſignificat, & ſichar, mane uigilauit.

ὄρθρινος. &

ὄρθριος. ου. ὁ. matutino ſurgẽs, antelucanus, unde ὄρθριος νόμος. carmen antelucanum, cantio dilucularia. Ariſtoph. ἀωρὶ νυκτῶν διὰ τὸν ὄρθριον νόμον. Niſi quis legere malit ὄρθιον νόμον, de quo paulò ante.

ὄρθρον. ου. τὸ. &

ὄρθρος. ου. ὁ. diluculum, crepuſculum matutinũ, ſummũ mane, ὅτι εἰς ὄρθρον ἡμᾶς ὀρθροῖ. Etym. Ammonius diſtinguit à πρωΐ.

ὀρθῶς δρῶν. eſt approbantis rei euentum, meritò, ut delebat, ut par erat. Εὖ ποιῶν, idem.

ὀρθωσία. ας. ἡ. Diana, ab Orthoſio monte Arcadiæ, ἢ παρὰ τὸ ὀρθοῦν τοὺς βίους τῶν ἀνθρώπων. Etym. Item eleuatio.

ὀρθώσιος. uide ſuperius ὀρθόσιος.

ὁρια.τά. dicuntur fines ſtellarum apud Aſtrologos, ac propriè partes ſignorum quæ ſtellis ſingulis diuiduntur.

ὀριαχής. in montibus cubans.

ὀριβρεμέτης. per montes reſonans.

ὀρίγανον.τό.τό. uel ὀρίγανος.ὁ καὶ ἡ. origanum, cunila bubula Plinio, ὀρίγανον βλέπειν dixit Ariſtoph. in Ranis pro toruis oculis intueri. Sumptum à planta eiuſdem nominis, quæ intuentibus torua & inamabilis uidetur. Dictum eſt autem origanum, quòd montibus gaudeat. nam γάνος ſignificat gaudium. Vel quòd uiſum illuſtret & acuat. παρὰ τὸ ὁρᾶν καὶ γανοῦν τὸ λαμπρύνειν. Vel à ῥιγῶ fit ῥίγανον & redundante ο, ὀρίγανον, κατ' ἀντίφρασιν. natura enim calidum eſt. Etym. Aliàs per ω ſcribitur in antepenult. Vide in Chiliad. Eraſ. Origanum tueri, & Salſamentum putre amat origanum.

ὀριγάνομαι. deſydero, concupiſco.

ὁρίζομαι. finio, definio, hoc eſt, definitionem rei do, & rem circumſcribo. Eſt etiam finem ſtatuo, finis loco duco. Plato, ἀφ' ὧν ἡ δημοκρατία ὁρίζεται ἀγαθόν. Item ſtatuo, præſtituo, æſtimo. Dinar. ὁριζόμενος ἑαυτῷ ζημίαν θάνατον. Idem, τὸν θάνατον ὡρίσατο. Et metior, æſtimo, cenſeo. Plato in Gorg. καὶ καλῶς γε νῦν ὁρίζῃ ὦ Σώκρατες, ἡδονῇ τε καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν. Sic Ariſtot. Ethic. 2. διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας. Latinis definio idem eſt. Cicer. pro Marc. Hic tu modum uitæ tuæ, non ſalute reip. ſed æquitate animi definies? Idem pro Sext. Qui imperium P. R. orbis terrarum terminis definiſſet. Sic ὁρίζεσθαι δίκαιον, ius ſtatuere, Demoſtheni. ὁρίζεσθαι etiam eſt ἀποφαίνεσθαι, hoc eſt, definire, ſtatuere, ἀπαγγέλλειν, indicare, hoc eſt, indicatiuo modo loqui. ὅθεν ὁριστικὰ uerba dicta. Bud. Com.

ὁριζόμενον.τό. id quod definitur.

ὁρίζω.μ. ίσω.π. ικα. ſimiliter, ſicut ὁρίζομαι, pro definire ponitur. Item pro terminare & finire. circunſcribere. extremũ enim & finis magnitudinẽ dicitur ὁρίζειν, hoc eſt, τὸ πέρας αὐτῆς ποιεῖν. Ariſtot. Probl. καὶ γράφει κύκλον τῷ ὁρίζοντι, id eſt, finitore, & circunſcriptore ductu. Vnde circulus finitor in ſphæra ὁρίζων dicitur apud Proclum de ſphæra, quia hemiſphærij terminus eſt, Martiano Capellæ. Macrobio uero ὁρίζων uocatur ſuperſtantis cœli terminus. Eſt etiam confinium facio, & diſtermino, dirimo, diſcerno. Ariſtot. de Part. 3. ὁρίζουσι δ' ἑκατέρους οἱ κυνόδοντες; de dentibus primoribus & molaribus loquens. Item metior, æſtimo, cenſeo. Ariſtotel. Politic. 6. ὀλιγαρχία καὶ γένει, καὶ πλούτῳ, καὶ παιδείᾳ ὁρίζεται, id eſt, cenſetur, æſtimatur. Budæus ibidem.

ὁρικὰ.τά. definitioni attributa, ut γενικά, generis attributa.

ὁρικάνη.ἡ. carcer, ſepes, rete, σαργάνη.

ὀρικὸν ζεῦγος. iugum mulare.

ὀρικοπτεῖν. erigere ſe in ſummos pedũ digitos.

ὀριμαλίδες.αἱ. montana pecora, quæ in montibus paſcunt apud Dores, alij ὀρομαλίδες ſcribunt Aſclepiades per ω.

ὀρίνδης ἄρτος. panis è ſemine quodã ſeſami magnitudine confectus, aut ut alij ex oriza, apud Aethiopes, Pollux.

ὀρίνω.μ. ινῶ.π. ικα. cõcito, commoueo, turbo, exalto. Actiu. accuſ.

ὅριον.τό.τό. terminus, finis, confinium, horreum.

ὅριος.ὁ.ὁ. proſper.

ὅριος. terminalis Iupiter.

ὀρῖπες.αἱ. teredines montanæ, quas è niue generari ſcribit Strab. lib. 11.

ὁρισμός.ὁ.ὁ. definitio ab ὁρίζω, pro diſcerno. diſcernit enim definitio unũ genus & unam formã ab alijs. Vnde & pro certo modo, regula, & quaſi præſcripto capitur. Horiſmos fit (inquit Iul. Rufinianus) cum definimus aliquam rem noſtræ cauſæ ad utilitatem, neq; tamen contra communem opinionem.

ὁριστής.ὁ.ὁ. finitor, cõſtitutor iuris & arbiter conditionum.

ὁριστικός.ὁ.ὁ. definitiuus, indicatiuus. ὁριστικὸς λόγος, definitio.

ὀριτρόφος.ὁ.ὁ. nutriẽs mõtes, in mõtib. nutritus.

ὀριχῶμαι. appeto, cupio.

ὀρκάνη.ης.ἡ. ſepes, carcer.

ὀρκέω. deſtruo, unde πολιορκητής, urbium expugnator atq; euerſor.

ὄρκη.ἡ. uas olearium, aut uinarium, capſa pigmẽtorum muliebrium.

ὅρκια τέμνειν. fœdus ſancire, icere fœdus, mactata uidelicet hoſtia: Ionũ eſt, frequens apud Herodotũ & Homer. ὅρκους ποιήσασθαι διὰ ἐντόμων ἤγουν θυσιῶν. Euſt. Iliad. γ.

ὁρκίζω.μ. ίσω.π. ικα. adiuro, caueo ab aliquo iureiurãdo. Acti. accuſ.

ὁρκίλλω. idem.

ὅρκιοι θεοί. dicuntur per quos iuſiurandum conceptum eſt, aut concipi ſolenne eſt.

ὅρκιον.τό.τό. fœdus iuſiurandum.

ὁρκωμοτεῖν. iurare in fœderibus ſanciendis.

ὅρκος.ὁ.ὁ. iuſiurandum, ſacramentum. Grammatici deducunt ἀπὸ τοῦ εἴργειν τοὺς παραβαίνοντας. Coërcetur enim quiſque intra id quod iurauit. Vel παρὰ τὸ ὅρος ὁρίζονται γὰρ τὶ ὁμολογητικῶς οἱ ὀμνύοντες, ut annotat Euſtathius Iliados β. Dicimus autem ὅρκους διδόναι καὶ λαμβάνειν, ſicut πίστιν διδόναι καὶ λαμβάνειν.

ϱαύειν. Bud.Com. Eſt & Arriano Bithyniæ fluuius qui periurium uorticibus inuolutum rapere credebatur.

Ὀρκόω. μ. ώσω πτ ωκα. uoco ad iuſiurandum, caueo ab aliquo iureiurando. Actiu accuſ.

Ὀρκυνοι. οἱ. piſces quædam apud Ariſtotelem, Gaza Græcã uocem relinquit. Aelianus etiam meminit, apud quẽ legitur ὄρκυνος. ὁ ni fallor.

Ὀρκωμόσια. τά. ſacrificia in quibus feriebant fœdera.

Ὀρκωμοσία. ἡ. &

Ὀρκωμόσιον. iuſiurandum, & locus ſic uocatus.

Ὀρκωμοτῶ. ſanctè iuro, in fœdus iuro.

Ὀρκωμότης. iureiurando aſtrictus.

Ὀρκωτής. οῦ. ὁ. qui preeſt obſtrictioni iuriſiurandi, ὁ ὁρκίζων. Xenoph. lib. 5. de omiſſis, ἐξέπεμψεν τοὺς ὁρκωτὰς καὶ ἐκέλευσαν τὰ μέγιστα τέλη ἐν ἑκάστῃ πόλει ὁρκῶσαι.

Ὀρκωτός, οῦ. ὁ. iuratus.

Ὀρμαθίζω. abhamo, in modum catenæ coniecto.

Ὁρμαθός. οῦ. ὁ. στίχος. ordo, omne inſtar trichæ, catena.

Ὁρμαίνω. μ. ανῶ. concito, in animo uerſo, pendo, cogito, reuoluo, intendo animum, incito, impello Actiu. accuſ.

Ὁρμάνη. ης. ἡ. ὀρκάνη, ἑρμάθρα.

Ὁρμάομαι. μ. ήσομαι. πτ. ημαι. τὸ ὁρμῶ paro, decerto, promptus ſum ad aliquid agendum, impetum cepi & incitatus ſum, conuerti animum. Plato de Rep. 9. καὶ δύναμιν δεῖ ὅλον ὡρμῆσθαι. Gregor. ὅπερ ὡρμήθη λέγειν ὁ λόγος, Quod dicere inſtituimus in hac oratione. Iſocrat. ὡρμημένος ἐλθεῖν, Qui dicere conſtituiſſet. Xenophon. δεῖ ἀπὸ θεῶν ὁρμᾶσθαι ἀεὶ, auſpicari. Sic apud Plutarch. de Perpenna Sertorij ſucceſſore, ἀπὸ τῶν αὐτῶν μὲν ὁρμώμενος δυνάμεων καὶ παρασκευῶν. Eodem quidem apparatu, atq; iiſdem copijs, eadem cum illo facere aggreſſus & exorſus, iiſdemque fundamentis nixus fretusq;. Item prodeo, proficiſcor, ut πρὸς ἄστυ ὡρμῆσθαι. Plato. Item progredior & ineo. Xenoph. ἐπειδὴ εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, Cum ad pubertatem ueniſſet.

Ὁρμαι. ἀντὶ τοῦ ἥρμοσται uide Etym.

Ὁρμάω. μ. ήσω. πτ. ηκα. in animum induco, conuerto animum, facere geſtio, cupio & cœpi: ut ὡρμηκότες ἐπὶ τὸ σκοπεῖν τὰ τῶν ἄλλων πράγματα, Qui animum appulerunt, Xenoph. & ἐπὶ ὃ ἕκαστος ὥρμηκε, Quod quiſq; inſtituit, & capeſſijt. Plato. & ὁρμᾶν impelli, concitari, cœco quodam quaſi impetu ruere, ferri & rapi & ὥρμησεν ἑαυτὸν ἀνελεῖν, Impetũ cepit interficiẽdi ſui. Sic ὁρμᾶν dicitur equ⁹ à Xenop. cũ ad curſum cietur, de quo in ἐξορμᾶν, & de animatis ferè dicitur. ἐκχεῖρος ὁρμᾶν, ui auferre. Bud. Com.

Ὁρμηδόεις. εντος. ſurculaceus. Nicand. uel ὁρμητικὸς πρὸς ὕλος, audilis, ἀναυξής.

Ὁρμενος. ὁ. particip. incitus, ab ὄρω. Item colliculus braſſicæ, Euſtath. Iliad. φ. additq; ex uetuſti authoris fide, (eſt autem is Iul. Pollux lib. 1. & 6.) quod è ſpinis extruditur ſurculaceum, ἀσφαραγὸν, in braſſica, ὅρμενον dici, unde ἐξορμενίζειν. idem qui prototomus caulis.

Ὁρμέω. ruo, cũ impetu feror, de inanimatis quã plurimum dicitur, ſicut ὁρμάω de animatis, licet quandoque confundantur. Etym. Item in ſtatione, τὸ ἐν ὅρμῳ eſſe, δι' ἄγειν τὴν ναῦν, καὶ ἡσυχάζειν. Thucyd. οἱ ὥρμουν ἐν τῇ Μαλέᾳ. Demoſthen. καὶ τὸ πλοῖον ὥρμει ἐνταῦθα. Dicitur etiam ὁρμῶ τὴν ναῦν, pro ὁρμίζω.

Ὁρμιαλας. ἡ funiculus cõtextus ex ſetis equinis, quo piſcatores utuntur.

Ὅρμινος. ου. ὁ. aſparagus ſylueſtris, & cuiuſcunque oleris circulus. Eſt quoque urbis nomen proprium Theſſaliæ.

Ὁρμιδύτης piſcator.

Ὁρμή. ῆς. ἡ. alacritas, impetus, id eſt, ſubitus, acriſque affectus. locus unde aliquid incipit & mouetur, motus, conſilium, cupiditas. Cicero ferè appetitionem interpretatur, & appetitum, affectum, affectionem, appetitio qua ad agendum impellimur.

Ὁρμηθείς. obortus.

Ὅρμημα. idem, impetus, conatus, cogitatio.

Ὁρμητήριον. ſedes belli, arx, & uelut propugnaculum belli ſuſcepti, locus & uelut aſylum quò ſe recipiunt præliantes. Significat etiã incitamentum & ſuſcitabulum, ut ſunt ἐλεγμοὶ καὶ ῥοιζοὶ τῶν ἵππων apud Xenoph. Bud. Com.

Ὁρμητικῶς. impetu, ſubitò.

Ὁρμιά. ᾶς. ἡ. funiculus piſcatorius ſetis equinis contextus.

Ὁρμίζομαι. ducor, ingredior. Thucyd. ὁρμιζόμενοι ἐς λιμένα.

Ὁρμίζω. μ. ίσω. πτ. ικα. duco nauem in portum. Neut. Accuſ.

Ὁρμινον ἥμερον. herba geminalis. Dioſcor.

Ὁρμίσκαι. οἱ. monilia.

Ὁρμίσκος. ου. ὁ. diminutiuum, paruum monile.

Ὅρμος. ου. ὁ. portus artificialis, ſtatio (ut qua ſignificatione ſolum Cyrillus paroxytonũ eſſe ſcribit, pro monili autem oxytonum) & monile circa collum παρὰ τὸ εἶμα τὸ ἀσφάλισμα, ἢ τὸ εἴρω τὸ συμπλέκω. uide Lucian. περὶ ὀρχήσεως. Etym. Vide Ammonium in ὄλμος.

Ὁρμός. οῦ. ὁ. monile, corrigia calceorum.

Ὀρνεάτης. ου ὁ. Priapi epitheton, ab Orneis Peloponneſi ciuitate.

Ὄρνεον. ου. τὸ. auis. παρὰ τὸ ὄρνιν.

ὀρνεοπώλια. τά. auiculæ apud Ariſtoph.
ὀρνεοσκοπεῖν. augurari.
ὀρνεοσκόπος. ὁ. augur. ὀρνιθοσκόπος.
ὄρνη nox, ὀρνὸς γὰρ σκοτεινός.
ὀρνιθαγρευτής. ὁ. ὀρνιθευτής.
ὄρνιθαι. aues cortales.
ὀρνιθάριον. τὸ. auicula.
ὀρνίθεια. ας. ἡ. genus ludi in quo pueri uerberabantur, augurium.
ὀρνίθειον κρέας. auium caro.
ὀρνιθεύομαι. auguror.
ὀρνιθευτής. ὁ. ὀρνιθοθήρας anceps. Ammonius.
ὀρνιθίας. ὁ. hyems quæ præ frigore aues necat. Eſt & uentus eiuſdem nominis.
ὀρνιθόγαλον. τὸ. herba ornithogalum.
ὀρνιθοθήρα. ας. ἡ. aucupium.
ὀρνιθοθήρας. ὁ. auceps.
ὀρνιθοθηρῶ aucupor.
ὀρνιθοκάπηλος. ὁ. auicularum inſtitutor.
ὀρνιθοκόος. augur, augurij peritus. παρὰ τὸ κοεῖν τὸ συνιέναι. Etym.
ὀρνιθομανής. amans aues.
ὀρνιθονομεῖον. τὸ. ὀρνιθών.
ὀρνιθοπέδιλη. ης. ἡ. laqueus aucupatorius qui auibus tenditur. Epigr.
ὀρνιθόπαις, δος. &
ὀρνιθοφυής. παῖς. pullus, aut pipio auis.
ὀρνιθοσκόπος. ὁ. auſpex. Vide ὀρνιθευτής in Ammonio.
ὀρνιθωδέστερος. ὁ. magis ſpeciem auis habens.
ὀρνιθών. ῶνος. ὁ. auiarium.
ὄρνιξ. χος. Doricè, &
ὄρνις. ιθος. uel ιθος. ἡ. auis, gallina, ales, augurium, De auibus in genere multa diſſerit Ariſtot. de gallina uide Aelianum. Eſt & ὄρνις nomen ſyderis apud Proclum de ſphæra. Ariſtoph. Pluto. δεῖχε τὴν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ, hoc eſt, μαντεῖον. Item quicquid fortuito euenit ὄρνις aliquando dicitur. Aeſchyl in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, φεῦ τοῦ συναλλάσσοντος, ὄρνιθος βροτοῖς δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστέροις.
ὀρνός. obſcurus.
ὄρνυμι &
ὀρνύω. inſurgo, incito, promoueo. Actiu. accuſ.
ὀρεβάδων. epithetō ferarum ut ceruorum. Item nymphæ montanæ quæ & ὀρειάδων.
ὀροβάγχη. ἡ. orobanthe herba, quæ ſtrangulat & enecat eruum.
ὀροβάχοι. οἱ. cytim, mali punici flores. Nicand.
ὀρόβιον. τὸ. eruina, farina erui.
ὄροβος. ὁ. orobus genus leguminis, Gaza in Ariſtotele uertit eruum. uide Dioſcoridem.
ὀρόγγα. ἀντὶ τοῦ ὠρυγῆα, συστολῇ καὶ τροπῇ. Etym.
ὀρόδαμνος. ὁ. ramus, ſurculus, παραφυὰς ἀπὸ τοῦ ὀρούειν ἤτοι τὴν αὔξησιν.
ὀροδημνιάδων. nymphæ Orcades, ἀπὸ τῶν δεμνίων, quod in montibus ſcilicet, exornantur.
ὀροδος. timor. malim ὀῤῥωδία.
ὀροθεσία. ας. ἡ. terminus, deſignatio terminorū. Sed ὀροθεσίοις τοῖς, potius maſcul. quàm fœm. genere reperitur.
ὀροθέτης. finitor.
ὀροθύνω. concito, turbo, confidentiam inijcio. Actiu. accuſ.
ὀροίτης. ὁ. ὀροθέτης.
ὀροίτυπος. in montibus ligna ſcindens. τύπος enim truncus eſt.
ὀρόν. τὸ. prælum, uas agricolarum.
ὀρόντης. ὁ. Orontes fluuius per mediam. Antiochiam fluens.
ὤροντο. impellebantur.
ὀροπέδιον. τὸ. colliculus, tumulus, apud Strab.
ὀροπύγιον. uide inferius per duplex rho.
ὄρος. εος. τὸ. mons, paroxyt. ſine aſpiratione. Et pudendus locus ſecundum nates, qui & τάῤῥος dicitur. Euſtath.
ὅρος. ὁ. terminus. Item finis, id eſt, finitio, ut inquit Quintil. Item σκοπὸς ἢ τέλος τῶν πράξεων & ὑπόθεσις. Ariſt. Polit. 7. οὔτε πρὸς τὸν ὑποκείμενον αὐτοῖς ὅρον. Accipitur etiā pro modo & regula, & quaſi præſcripto, quo actiones temperantur, Galeno Method. 12. & 14. Eſt etiam index rei obnoxiæ & oppignoratæ, de quo Budæus Com. Item ruſticū inſtrumentum, quod funiculum appellāt. Etym. Lignum quo calcatam uuam premunt.
ὄρος. ὁ. ἡ. lignum in prælo quo oleum exprimitur teſte Polluce lib. 7. (Cyril.
ὀρός, pro ὀῤῥός. ſerū lactis. oxyt. ſine aſpiratione.
ὀροσέλινον. τὸ. montapium. melius ſcriberetur ὀρεοσέλινον·
ὀροσπίζης. montifringilla auis, ut Gaza uertit ex Ariſtot. fringuilla montana.
ὀρούνω. irruo.
ὄρουμα. impetus, ſaltus.
ὀρούω. μ. ούσω. πα σημ. ἀντὶ τοῦ ὀρύω, Βοιωτικῷ πλεονασμῷ. ruo, cōmoueo, impetum facio. Etym.
ὀροφάω. τὸ ὀροφόω.
ὀροφή. ῆς. ἡ. &
ὄροφον. τὸ. &
ὄροφος. ὁ. tectum, culmen, laquearium, ſummitas tectorum, contignatio. Item ὄροφος & arundo aquatica tectis ſtruendis apta. Ammonius diſtinguit ὀροφὴ & τέγος.
ὀροφίας. ὁ. in tectis uerſans.
ὀροφοφόρον. ὁ. animal teſtam gerens.
ὀρόφομαι. tegor. Ioſephus, ἐν δρύινοις φατνώμασιν ὠρόφωτο.

ὀροφόω

ὀροφόω. μ. ώσω. π. κα. concamero, tego. Neutr. (accuſ.

ὀρόφωμα ατος. τό. tectum.

ὀρόφωσις. laquearium.

ὀρόων, pro ὁρῶν. uidens.

ὄρπηξ. ηκος. ὁ. ramus, &

ὄρπηξ. uentus uehemens.

ὀρπηκοσίδηρος. uocabatur inſtrumentum ferreum quo cædunt elephantos.

ὀῤῥοδεῖν. in coxendices & nates cadere. Vide ὀῤῥωδεῖν.

ὀῤῥόπισσα. apud Paulum, picis ſerum, quod idē πισσέλαιον quoq; uocat.

ὀῤῥοπύγιον. ου. τό. podex, cauda propriè uolucrū, ultima pars ſpinæ ubi ſpondyli deſinunt, ὀρθοπύγιον. Vide in ὀρροπύγιον. Gaza in Ariſtotele uertit caudam. Vſus eſt Martialis. Et anatis habens orrhopygiam matre. Sacri oſſis extremū. Pollux.

ὀῤῥος. ου ὁ. idem.

ὀῤῥός. οῦ. ὁ. ſerum lactis, ut Gaza uertit in Ariſtotele oxytonū. ſuperius per ſimplex ῥῶ ſcribitur.

ὀῤῥοῦσθαι. ſereſcere.

ὀῤῥώδης. ſeroſus, & ὀῤῥωδίων. uſque ad caudam extenſorum Hipp.

ὀῤῥωδία. ας. ἡ. timor, trepidatio. ſuperius ſcribitur ὀροδῖος.

ὀῤῥωδῶ. uereor, φοβοῦμαι. Inde ſumptum quòd quando quadrupedibus terrorem incutimus ſeu metum, contrahere ſolent eam partem caudæ, inter femora reducendo. Vide ἀῤῥωδεῖν apud Ammonium.

ὀρσω. ἀπὸ τοῦ ὄρσομαι, ſurgere. Etym.

ὀρσιπέτης. alte uolans.

ὀρσίπους βοή. clamor quo contendentes ad curſum incitantur.

ὀρσοδάκναι. αἱ. inſectum quatuor pennis membranaceis uolans, mordellas uertit Gaza.

ὀρσοδάκνη. ἡ. orſodagna, animalculum quoddā Ariſtoteli, quod Gaza ſcribit interpretari poſſe mordellam.

ὀρσοθύρα. ας. ἡ. ianua qua ad locū ſuperiorē aſcenditur, ianua alta, ualua. παρὰ τὸ ὄρσομαι. Etym.

ὀρσόλοπος. uide Etym.

ὀρσύδρα. ἡ. fiſtula aut canalis in altum eductus, unde aqua altrinſecus cadat. Euſt. Odyſ. χ.

ὀρταλίζειν. proiectare, ſubmouere in altum, uolaturire, ut auiculæ primum uolare incipientes.

ὀρταλιχος. pullus auium, implumis.

ὀρτή. ῆς. ἡ. feſtum, pro ἑορτή. Nam Ionibus peculiare eſt conſonantem à principio auferre. teſte Ioan. Grammat. Etym.

ὄρθιον. τό. arduum.

ὀρτυγία. ας. ἡ. Ortygia inſula, quæ poſtea Delus dicta eſt.

ὀρτυγοκοπέω. μ. ήσω. π. ηκα. ludum exerceo cædendarum coturnicum. Neut.

ὀρτυγοκόπος. ου. ὁ. ludus in quo percutiebatur coturnix. Suid.

ὀρτυγομήτρα. ας. ἡ. ortygometra, id eſt, matrix coturnicum. Gaza ſimpliciter matricem interpretatur apud Ariſtot.

ὄρτυξ. uel ὄρτυγος. coturnix, ut Gaza uertit in Ariſtotele. Vide etiam Aelianum, & Oppianū in Ixeuticis.

ὀρυγαί. αἱ. ululatus.

ὀρυγάνω. eructo, uomo.

ὄρυγμα. ατος. τό. foſſio, foſſa, meatus. Et propriè um Athenis ergaſtulum dicatum puniendis ſontibus, & facinoroſis. Harpocr.

ὀρυγμαδὸς. οῦ. ὁ. &

ὀρυγμός. οῦ. ὁ. fremitus, latrat⁹, tumultus, propriè in montibus, dum ligna ſcinduntur.

ὄρυζα. ης. ἡ. oryza, genus frumenti quod uulgò riſum uocant.

ὄρυξ. υγος. ὁ. foſſorium, teſtudines ad fodiendū comparatæ ὄρυγες. dicitur Vitruuio libro 10. Item oryx animal capræ ſimile. Iuuen. Et Getulus oryx.

ὀρυκτός. οῦ. ὁ. foſſus.

ὀρυμαγδὸς. οῦ. ὁ. ὀρυγμαδὸς.

ὀρύνω. cumulo.

ὄρυξ. υγος. ὁ. oryx, fera quædam. Vide ὄρυξ. Gaza in Ariſtotele Græcam uocem relinquit. meminerunt eius & Aelianus, & Oppianus lib. 2. de Venatione.

ὀρύομαι. frendo, latro.

ὀρύσσω. μ. ύξω. π. υχα. fodio. Actiu. accuſ.

ὀρύχατο. cædebantur, mactabantur.

ὀρφανία. ας. ἡ. orbitas.

ὀρφανίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. orbatus ſum.

ὀρφανίζω. μ. ίσω. π. ικα. curo. Actiu. accuſ.

ὀρφανιστής. οῦ. ὁ. curator aut tutor pupillorum.

ὀρφανός. οῦ. ὁ. orphanus, pupillus, orbus parentibus, aut deſtitutus auxilio aliorum.

ὀρφανοτροφεῖον. τό. domus aut locus alendis pupillis deputatus.

ὀρφανοτρόφος. ου. ὁ. pupillorum nutritor.

ὀρφεοτελεσταί. initiandi authores nūcupati ſunt, quique felicitatem certiſſimam pollicebantur poſt obitum.

ὀρφνή. ἡ. nigredo, obſcuritas, nox.

ὀρφναῖος. ου. ὁ. &

ὀρφνινός. οῦ. ὁ. &

ὄρφνιος. ου. ὁ. &

ὀρφνός. &

ὀρφνώδης. ου. ὁ. niger, obſcurus.

ὀρφοβότης. ὀρφανιστής.

ὀρφώς. uide Etym.

ὀρφὸς

ὀρφός. ὁ. cernua piſcis, ut Gaza uertit in Ariſtotele. meminit eius Aelianus quoq;.

ὄρφος. ὁ. piſcis quem cernuam Gaza uocat.

ὀρχαμός. οῦ. ὁ. dux populi, princeps.

ὀρχάς. ſeptum, ſepes, genus oleæ.

ὀρχατός. οῦ. ὁ. ςίχος, κῆπος locus arboribus aut uitibus conſitus, ordo. διὶ ἧς ἐρχόμεθα. Etym.

ὄρχεα. ſacculus teſticulorum.

ὀρχηδόνως. iuueniliter, ἡβηδόν, aut uiritim, apud Herod.

ὀρχέομαι. μ. ήσομαι. πε. ημαι tripudio, ſalto, geſticulor, quemadmodum in choreis. Dicitur autem ἀπὸ τῶν ὄρχων, id eſt, uinearum ordinibus: in quibus inter uindemiam primitias Baccho offerentes choreas agebant. uel παρὰ τὸ ὀρέγειν τὰς χεῖρας. Depon. abſol.

ὀρχηδόν. ὀρχηδόνως.

ὀρχηθμός. οῦ. ὁ. &

ὄρχημα. ατος. τὸ. ſaltatio.

ὄρχης. εος. ὁ. teſtis, ut Gaza uertit in Ariſtotele.

ὄρχησις. ιος. ἡ. &

ὀρχησμός. οῦ. ὁ. ὄρχημα.

ὀρχηςής. οῦ. ὁ. ſaltator, gaudens de parta uictoria. Itẽ ſator plantarum ordine conſitarum. Etym.

ὀρχηςικός. οῦ. ὁ. ſaltatorius.

ὀρχήςρα. ας. ἡ. orcheſtra, locus in ſcena in quo ſcenici artifices ſuas actiones exhibebant, palæſtrã ſaltatoriũ, orcheſtra nomen à ſaltãdo nacta. Vitruuius lib. 5. Et propriè eſt chori, ſicut ſcena hiſtrionũ, teſte Polluce. Eſt etiam locus in theatro, ubi ſenatores habebant ſua ſubſellia. Hinc Iuuen. pro ipſo ſenatu utitur.

ὀρχήςρια. ας. ἡ. uel ὀρχηςρίς. Ariſtoph. ſaltatrix.

ὀρχηςύς. ύος. ἡ. ars ſaltandi, ſaltus, ſaltatio.

ὀρχίδιον. ου. τὸ. teſticulus, diminutiuum ab ὄρχις, ὀρχίπεδον.

ὄρχιλος. ὁ. orchilus auis Ariſtoteli, Gaza Græcam uocem relinquit.

ὀρχίπεδον. ου. τὸ. idem quod ὀρχίδιον.

ὀρχιπαιδίζειν. ludere & otiari cum pueris.

ὄρχις. ιος. herba teſtes hominis expreſſos in radice oſtendens, quã teſticulũ canis nuncupant.

ὀρχιςοδιδάσκαλος. ὁ. præceptor ducendæ choreæ. Bud. Com.

ὀρχμή ſeptum.

ὀρχός. οῦ. ὁ. ὀρχατός. ordo plantarũ, arborum, palmes, ramus, & ſulcus, fouea in qua inſeruntur plantæ. παρὰ τὸ ὀρύσσω. οἷον ὄρυχος τις. Etym.

ὀρχοτομεῖν. caſtrare.

ὀρω. π. ῶρα, & Atticè, ὄρωρα accumulo, eleuo, moueo, attollo, inueho, infero, concito.

ὀρώγκη. montis eminentia, ὄγκος ἢ λόφος τῶ ὄρους.

ὀρῶπος. colorũ mixtio. uide ῥῶπος. nã omicron hîc abundat, & fortè ex articulo adiectum eſt.

ὀρωρέχαται. porrecti ſunt, extenſi, ab ὀρέγω. quod in præterito paſſiuo facit ὤρεκται, & Ionicè ὠρέχαται, & rurſus Atticè ὀρωρέχαται.

ὀρώρη. moueatur.

ΟΣ. οὗ. qui ſuus, οὗτος, καὶ αὐτὸς poëticè. Item pro ὅςις infinitè. Bud. Com.

ὃς βούλει. quiuis.

ὅσγε. idem quod ὅς.

ὅσα quantum, quatenus, ut. Accipitur nonnunquam pro ὅσον apud Atticos qui pluralibus uti gaudens pro ſingularibus.

ὅσα ἄν. quæcunq;.

ὅσα βουλομένοις ἦν. quantum uolebant, arbitratu ſuo. Xenoph. τί οὖν ἔφη οὐ πυνθάνῃ εἰ καὶ ἐκείνῳ ταῦτ' ἐστί; Quin igitur ſciſcitaris, an hæc illi conditio placeat? Idem, ἦν δὲ οὐ τῶ ἀγησιλάῳ ἀχθομένῳ ταῦτα. Hæc non inuito Ageſilao fiebant. Gaza ὅσα uidetur uſurpaſſe pro ὅταν. Budæus Com.

ὅσα θεωρητέον. quatenus ſpeculandum.

ὅσαι νύκτες. ſingulis noctibus.

ὅσαι ὧραι. ſingulis horis.

ὁσάκι, & ὁσάκις. quoties, ποσάκις.

ὁσαμή. iſto modo, in tantum, ut.

ὁσαχῶς. quotcunq; modis, quotupliciter.

ὅσδω, Doricè pro ὄζω.

ὁσέτος. ου. quotannis.

ὅση δύναμις. pro uiribus.

ὁσημέραι. quotidie, ſemper. Etym. Dicitur nonnunquam disiunctè ὅσαι ἡμέραι.

ὅσια. τά. iuſta, parentalia, exequiæ.

ὁσία. ας. ἡ. ſanctitas, iuſtitia, fas, id eſt, numen metuendum & reuerendum.

ὁσίας ἕνεκα. defunctoriè, quæſito prætextu, parcè, delibantis more.

ὅσιον (ſcribit Bud. Com.) eſt τὸ βέβηλον καὶ οὗ ἔξεστι προσάπτεσθαι τῷ τυχόντι, profanum, publicum, cuiuſmodi ſunt quæ in hominum cõmercio ſunt. Vnde illud Antiphontis, ἀμύναι ὑπὲρ τῶν ἱερῶν καὶ ὁσίων, ſuppetias ire pro ſacris & profanis, uel (ut Latini) pro aris & focis. Et Demoſth. μέτεστι τούτῳ καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν. Hic omnia iura ciuitatis habet. ὅσιον καὶ δίκαιον quoq; Græci dicunt, ut Latini ius & fas. Plut. in Demetr. τὸ δὲ καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσιον, καὶ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιον. Ammonius diſtinguit ab ἱερόν.

ὅσιος. οῦ. ὁ. pius, ſanctus, caſtus, reuerens dei, καθαρός, innocens & nullo ſcelere contaminatus, & qui ob cædem perpetratam impias manus habere non cenſebatur. quaſi ἄσιος ab ἅζομαι, τὸ σέβομαι. Bud. Com.

ὁσιοῦν. expiare.

ὁσιότης. ητος. ἡ. pietas, ſanctitas.

ὅσιοις

ὄσιρις. ιδος. ὁ. Aegyptiorum lingua Bacchus.
ὁσιωτήρ. ὁ. qui Delphis hoſtiam immolat.
ὀσμή. ῆς. ἡ. &
ὀσμός. οῦ. ὁ. odor, olfactus. ſed ὀδμὴ Ionum eſt. Xenoph tamẽ niſi deprauata ſit lectio ὀδμὴ dixit.
ὀσμυλία ας. ἡ piſcis ozæna, qui iuxta caput fiſtulam habet, tetrum odorem exhalantem. Oſmyli piſcis meminit Aelianus.
ὀσμώδης. εος. ὁ. ἡ. odoratus.
ὅσοι μῆνες. ſingulis menſibus.
ὅσοι δή. quotlibet.
ὅσοι τὸν ἀριθμόν. totidem.
ὅσον. quãtum. Multiplicis autem uſus eſt, quem admodum. Bud. Com. tradit: ut παρ᾽ ὅσον, ſicut παρὰ μικρόν, fermè, parum abeſt quin. Item quatenus, quod & καθ᾽ ὅσον, & ἐφ᾽ ὅσον, ſiue ἐφ᾽ ὅσα Atticè dicitur. Et Ariſtotel. ἀμήχανον ὅσον, pro ualde difficile. Et θαυμαστὸν ὅσον, mirum quantum, pro maximè. ὀλίγοι ὅσοι, admodum pauci. Εἰς ὅσον, quantum, quantopere, quãdiu, ut εἰς ὅσον ἥκω δυνάμεως, quàm maximè facere poſſum. Ἐξ ὅσου χρόνου, τὸ ἐξ οὗ χρόνου. Ὅσον οὔπω, τὸ ταχύ, μετ᾽ ὀλίγον. Item ὅσα, ἀντὶ τινὰ inuenitur.
ὅσον αὐτίκα. quàm primum, mox, iamiam, & de futuro dicitur.
ὅσον ἧκεν ἐπ᾽ ἐμέ. quatenus ad me pertinebat.
ὅσον καθ᾽ ἕνα ἄνδρα. quantum in uno homine (fuit.
ὅσον οὐ. fermè, circiter.
ὅσον οὐδέπω. τὸ ὅσον αὐτίκα. propemodum, mox, illico, pauló poſt.
ὅσον οὐκ ἤδη. iamiam.
ὅσον οὔπω. fermè, circiter. quod & ὅσον οὐ dicitur Thucyd. ἀγγέλλεται αὐτοῖς, τὰς ἐκ Πελοποννήσου ναῦς ὅσον οὐ παρεῖναι.
ὅσον πλεῖστον quàm maximè.
ὅσον τάχος, & ὅτι τάχος. quàm celerrimè.
ὅσον τὸ καθ᾽ ἐμὲ quantum in me eſt, quoad fieri poſſit à me.
ὅσον φιλοτίμως. quàm copioſè.
ὅσον χρόνον. quandiu.
ὅσος. ου. ὁ. quantus, quicunq;.
ὅσπερ. ὅς. relatiuum.
ὄσπριον. ου. τὸ. legumen. à σπείρω pro σπόριον, metatheſi literarum.
ὀσπριῶναι. ſunt qui comparandis leguminibus creati ſunt. &
ὀσπριωνία. munus ipſum.
ὄσσα. ης. ἡ. fama, uox. Iliad. β. μετὰ δέ σφισιν ὄσσα δεδήει, Inter eos fama accẽdebatur. Heſiod. in Theog. ἐννύχιαι στεῖχον περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι, Nocturnæ ibant pulchram uocem mittentes. Eſt item Oſſa mons Theſſaliæ. Cyrillus nõ recte ſpiritum diſcernit.
ὁσσάτιος. quantus.
ὄσσε. oculi. duali autem numero dicitur pro ὄσσεε, à nominatiuo neutro τὸ ὄσσος. Alijs maſculinum eſſe magis probatur, & deriuatur à uerbo ὄσσω.
ὀσσεία. uaticinatio.
ὀσσεύομαι. uaticinor, auguror.
ὀσσητήρ. adiutor.
ὀσσίχος. quantulus.
ὄσσομαι. aſpicio, circunſpicio, auguror, prædico.
ὄσσω. Aeolicè pro ὄπτω. uideo, circunſpicio.
ὀστάγρα. ας. ἡ. inſtrumentum chirurgicum ad fracturas cranei.
ὀστακός. cancri ſpecies, aliàs ἀστακός.
ὀστάριον. ου. τὸ. oſſiculum.
ὀσταφίς idem eſt quod ἀσταφίς, & σταφίς. Etym.
ὀστέϊνος. ου. ὁ. ὄστινος.
ὀστεοκόπος. ου. ὁ. laſſitudo ad oſſa uſq; penetrans, quaſi oſſearia, Gal. ulceroſam laſſitudinem exponit apud Hipp.
ὀστέον. ου. τὸ. os oſſis,
ὀστεόφιν. idem, poëticè.
ὄστινος. ου. ὁ. oſſeus.
ὅστις. quicunq;, quiuis, quilibet. Sic πᾶς ὅστις, & ὁστισοῦν. Accipitur interdum pro τίς. Demo. οὐ γὰρ ὅστις πάσχων ὧδε δεῖν σκοπεῖν. ὅστις inqt, Thom. Mag. ἀόριστόν ἐστι. τὸ δὲ ὅστις ποτε ἀμφιβόλου λόγου οἷον ὅστις ποτε ἦν ὁ παράδεισος, ἤγουν εἴτε νοητὸς εἴτε αἰσθητός.
ὄσλιγγες. faces, ſcintillæ: ut illud, ὄσλιγγες μαλεροῖο πυρός. Itẽ capilli Callimacho. Nicãd. cirri lolliginũ & ſæpiariũ, quos & βοστρύχους dicunt.
ὀστοθήκη. ης. ἡ. oſſium theca, urna, capulus.
ὀστοκόπος. ου. ὁ. oſſium dolor ex laſſitudine.
ὀστομαχία. nomen ludi, quem Auſonius poëta deſcribit.
ὀστοῦν. οῦ. τὸ. os oſſis. Ariſtot.
ὀστρακίνδα. genus ludi, quẽ deſcribit Iulius Pollux in hunc ferè modum: Pueri, ducta in medio linea, duas in partes ſeſe diſtribuebant, quarum altera extra dicebatur. Deinde mittente quopiam ad lineam teſtam, utrius partis ſuperior extitiſſet aliquis, hunc inſequebantur, qui illi adhærebant, reliquis in fugam conuerſis. Cæterum è fugientibus, qui comprehenſus eſſet, is conſidebat, aſinus dictus, teſtaq; proiecta, dicebat nox dies. Nam interior teſtæ pars pice ſublita erat, quæ nocti reſpondebat. Vide Eraſ. prouerb. Teſtulæ tranſmutatio.
ὀστράκινος. ου. ὁ teſteus.
ὀστρακισμός. οῦ. ὁ. exilium quindecennale aut decẽnale, ab ὄστρακον dictũ, ſiue teſtula, per quam ſuffragia ferebant ad hunc modum. In teſtulis nomen audacis & pernicioſi ciuis, cuius po-

tentiam

tentiam formidabant, comitijs inſcribebāt, & cuius plures erant teſtæ in urnā coniectæ, is de concilij ſententia ab aris focisq́; proiectus, ut à ciuium arceretur aſpectu 15. aut 10. annorum, exilio ſolum uertebat fuitque conſtitutum, ut ita damnati Argiuam exulatum irent, ubi bos erat æneus magnitudine uiſenda, quare qui illic exulabant, ſeruare bouem dicebantur. Hæc comitia, niſi ſuprà ſex millia ciuium concilio ad iudicij diem conuenirent, nulla atq; irrita erant. Vide Alexand. Genial. libro 3. cap. 20. & Bud. in Annot. & Eraſ. in Chiliad. Vnde ὀστρακίζεσθαι uerbū, de eiectis, extorribus, exulibusq́; Thucyd. in 6. lib. μοχθηρὸν ἄνθρωπον ὀστρακισμένον. & lib. 2. ἔτυχε γὰρ ὀστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν ἐν Ἄργει. quo quidem exemplo confirmatur quod iam dictum eſt, damnatos Argiuā exulatos iniſſe.

ὀστρακόδερμα. τὰ. tacta putamine teſtaceo: quibus teſta pro tegmine eſt.

ὀστρακόδερμοι. οἱ. habentes cutem teſtaceam.

ὄστρακον. τ. τὸ. teſta, teſtula, cortex.

ὀστρακοφορία. ας. dies oſtraciſmi faciendi.

ὀστρακώδης. ε. ος. ὁ. ἡ. teſtaceus.

ὀστρειογραφής. ἐ. ος. ὁ. ἡ. pictus oſtro.

ὄστρειος. ε. ὁ purpureus, oſtrinus. Gal. ex Ariſtot. autoritate diſtinguit ὄστρειον per ει diphthongū, & ὄστρεον per ε, dicitq́; prius per ει genus eſſe ad omnia teſtatia, poſterius uero per ε ſpeciem unam eſſe cui apud nos reſpondet cōcha. Athenæus aliter paulo ſentire uiſus eſt, qui ueteres per ει proferre ſolitos affirmat, ſolū Platonē per ε, ſed magis & libentius Galenum probamus.

ὄστρεον. ε. τὸ oſtreum, conchylium, murex. Gaza in Ariſtotele Græcam uocem relinquit. Vide Aelianū & Chiliad. Eraſ. Oſtrei in morem.

ὄστρεος. piſcis & color.

ὀστρεώδης. ε. ος. ὁ. ἡ oſtreus, concharius.

ὄστριμον æſtiua habitatio.

ὀστρίτης. ὁ. nomen lapidis apud Orpheum.

ὄστρον quod ex concharū marinarū teſtis eximitur oſtrum eſt uocitatū, inqt Vitruuius lib. 7.

ὀστωδέστερος. ε. oſſatior.

ὀστώδης. ε. ος. ὁ. ἡ. oſſeus, oſſulentus.

ὀσφραίνομαι. &

ὀσφραίνω odoro. genit. ὀσφραίνεται. Ariſtoph. περὶ τὴν ὄσφρησιν ἥκεις. & infinitiuus ὀσφρέσθαι apud Atticos uſitatior quā ὀσφραίνεσθαι. Genit.

ὀσφραντικόν. τὸ. facultas odorandi.

ὀσφραντικός. ε. ὁ. odoratiuus.

ὀσφραντός. ε. ὁ. odorabilis.

ὄσφρησις. ιος. ἡ. odoratus. Gaza in Ariſtotele uertit olfactum. Et ὀσφρήσεις pro naribus accipiuntur, ſicut ἀκοαὶ pro auribus.

ὀσφρόμενος pro ὀσφραινόμενος, ὄσμην κνίσης πέμπων. παρὰ ἐπισώζω λέγεται, καὶ παρὰ μέσον αὐτοῦ ὀσφρησάμενος. Nec ſolum ὄσφρω, uerū etiā ὀσφρέω ὀσφρῶ. cuius indefinitum ſecundum ὤσφρον medium ὠσφρόμην, καὶ ὀσφρώμενος.

ὀσφύς. ύος. ἡ. lumbus, ile, coxa, nates. Gaza in Ariſtotele lumbos uertit, ſicut & ψοιάς. Eſt enim propriè in homine poſterior media renum pars, quam ait Galen. eſſe in deſcriptione humani dorſi quo loco cinguntur homines, uocare etiam alio nomine ἰξύν.

ὄσχεον. ε. τὸ. uel ὀσχεός. ε. ὁ ſcrotū, ut Gaza in Ariſtotele uertit, marſupium. Hippocr. ὄσχιον. ε. τὸ. extuberantia flexuoſa circa os uuluæ, qua parte hernias omnes fieri dicunt. Item palmes uuis onuſtus, quod & ὄσχη. ης. ἡ. dicitur.

ὀσχοφόρια. τὰ. feſtum ab ramorum, quæ ὄσχια uocant, latione ſic dictum: & ὀσχοφόροι, duo iuuenes erant diuitijs nobilitateq́; eximij. Suid.

Οταν. quando, cū. Veteres diſiunctim hāc uocem efferebant, conſtruitur enim & cum indicatiuo & cū optatiuo modo.

ὅτε quando, ἐπειδή. nonnunquam ſolum tempus ſignificat, nonnunquam tempus & cauſam

ὅτε γάρ. etenim. (Ariſtoph. interp.

ὅτε δή. quandoquidem.

ὅτεο pro ὅτε. cuiuſcunq;.

